

Et cum ei super plumeum stratum vinculis colligato, molli-
 terque composito meretriculum adduxissent, linguam den-
 tibus præfœdam in illam expuit, & stupore attonitam disce-
 dere coegit. Inde super caruam clavis præcutis aspera-
 tum nudus collocatur, ut dum rapetur, ipsa qualifatio-
 ne crebris, vehementiusque fauciaretur. Sed ipso orante,
 omnes ferræe cuspidis ille palearam instar mollescent. Cùm-
 que sic ladi non posset, atrociora excogitantur tormenta:
 hano ori indito suspenditur, ferro candente per utramque au-
 rem transforatur, per latera quoque pilo perfoditur. Mira-
 res, tot lethalibus plagis affectus, mori non poterat.
 Hinc etiam per pedes à terra suspensus, fumo cruciatur,
 mox in pyram cremandus proicitur, & tamen inde quo-
 que evadit inoffensus: manibus, pedibusque truncatur, &
 super candenti lamina mutilatis cruribus insistere cogitur:
 in fovæam multæ altitudinis jactatur, sed & inde membris
 omnibus ab Angelo redintegratis, vivus, incolumisque edu-
 citur. Post hæc venenum sibi propinatum sine noxa hau-
 sit, ac mortuos quosdam precationibus ad vitam revoca-
 vit. Quo quidem miraculo plurimi ad Christum converfi,
 mota seditione, in regem impetum faciunt, & frustra fu-
 gere conantem occidunt. Niceta vero cùm illos baptizaf-
 set, Ecclesiæque aliquot construxisset, ad Dominum tran-
 quillo vita exitu migravit. Verè Niceta, qui tot tormenta
 vicerit, & de cujus nece tyranno non licuerit gloriari.
Marul. l. 5. c. 5.

Martyribus Florentio, & Hilario, propter egregiam con-
 fessionem de Christo, primum excelsæ fuerunt à Paganis
 lingue: deinde cum nihilominus recto, atque integro sermo-
 ne ad fidei præconia, & Ecclesiæ exadificationem ute-
 rentur: gladio ipsos percussere in castro Seduno, ad 7. Kal.
 Octobris. *Petrus de Natalib. ex Adonis, & Martyrologio,
 & Sigeberto.*

Bonifacius Tarsi passus, ad locum suppliciorum aucter
 accedens, martyres ad patiendum palam hortari cepit, & Sul-
 pitii præfidiis jussu in equuleo erectus, unguis ita laceratus est,
 ut ossa apparerent. Claviculos deinde arundineos in digitis in-
 ter unguis, & carnem defixos pertulit, atque in os plumbum
 infusum, tum demùm in bullientem picem in caput præcipita-
 rit. Sed cum neque hoc cruciatus consumi posset, capitis am-
 putatione peregit martyrium: & dum feriretur, terra tremuit,
 plurimique converfi, idola reliquere.

Arethi Tiburtius præfectus, Pergentinum, & Laurentinum
 fratres, ne Christum prædicarent, suasionibus primùm, blan-
 ditiiis quæ laci. Ubidî parum successit, comprehensus susti-
 tus verberari jubet: verberantium brachia auerunt. In carcere
 conclusus cibum denegat: ab Angelo alicui sunt. Eductos
 super eadentes prunas ambulare nudibus pedibus cogit: ut su-
 per arenam iiverunt illasi. Allato Jovis simulachro, ut adora-
 rent, minaciter hortatur. Illis autem Jesum invocantibus,
 æneus Jupiter in pulverem solutus perit. Multi gentiles ad
 Christum converfi sunt. At impiissimus tyrannus capite eos
 postremò eadi iussit. *Marul. l. 2. c. 8.*

Apronianus Romæ cùm ad Sifinnium martyrem, de carce-
 re, ut torqueretur, eductum, vocem calitis missam audisset:
 Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum vobis à consti-
 tutione mundi paratum: nihil cunctatus, ad pedes martyris
 provolvitur, Baptismo lustrari petit: deinde patendi cupiditate,
 Laodicum prætorem de impietate in Christianos redargu-
 are cepit: se quoque Christianum confessus, capitis abscif-
 sionem lætus sustinuit, eodem die martyr factus, quo & Chris-
 tianus. *Marul. l. 5. c. 5.*

Obfessis ab Atila Rhemenfisibus in Gallia, Niciasus Episco-
 pus cum dolore Eutropia populum ad mortem constanter per-
 ferendam adhortati, ad exorandum pro auxilio Deum in ba-
 silicam conveniunt. Irrumpentes hostes Niciasus dñi frustra
 placidis verbis mitigare conatus, obruncatur. Caput cervice
 avulsim subinde divina verba retulit, illudque imprimis: Vi-
 vificæ me secundum verbum tuum, Domine. Eutropia, verita-
 ne ad stuprum reservaretur, in fratris interfectorem infestis
 unguibus infilivit, eique oculos eruit. Qua indignitate, confe-
 ssum ab aliis interficitur. Cæteri ad unum omnes casti: tantum-
 que sanguinis effusum, ut tota urbs undaretur. Horrenda de-
 inde monstra subsæcra. Cælestium numinum acies, quasi di-
 micantes per urbem discurrentes videbantur: voces in templa,
 & plancus auditus: insani per noctem visi lemures, horrendique
 apud aras tonitrua. Quare tantus hosti terror incessit, ut urbem
 desererent. Civium cadavera, que passim strata jacabant, ab
 omni corruptione immunia, divino quodam miraculo servata,
 piro odore fragrabant. In deserta urbe lumina nocte multa vi-

debantur, suavissimi cantus audiebantur. Paucissimi, quæ
 tanta cræde superfuert, divinoque jussu in patriam se rece-
 perant, sancta corpora incorrupta, & redolentia humi recon-
 diderunt: imprimisque Pontificis truncum nobili sepultura
 donarunt, Eutropiam Virginem propè sepeliverunt. *Bonifacius
 l. 3. Dec. 11.*

Receperat Albanus in Britannia hospitio clericum quem-
 dam, persecutionem Diocletiani, & Maximiani fugientem,
 nondum converfus. Contemplatus autem clerici pietatem,
 eandem cum eo religionem profiteri cepit. Exploratores veni-
 unt ad Albani ades. Ille indutus hospitis sui habitu, pro
 eo sese offert, & ad judicem ducitur, qui tum demonum sa-
 crificiis intentus erat. Querit: Cujus sit familie? Responder
 Albanus: Quid ad te, judex, cujus sim generis? Christianus
 sum, Christianorum officii vaco. Rursus judex: Qui vocer-
 tur? Responder is, Albanum se vocari à parentibus, &
 Deum verum, ac vivum omnium conditorem adorare se, &
 colere. Jubet igitur eum judex sacrificare idolis. Ad quod
 ille: Sacrificia vestra demonum sunt sacrificia, nec cuiquam
 opulari possunt: immò quicunque quo tu jubes modo sacri-
 ficaverit, cruciatus æternos apud inferos pro mercede reci-
 plet. His verbis irritatus judex, Albanum loris cædi à torto-
 ribus jubet. Post cum verbera eum cum gaudio ferre videret,
 gladio percutiendum pronuntiat. Dum ad supplicium duci-
 tur, excruciatum fluvium, complanatum montem, excitatum
 fontem tradit. *Beda l. 1. c. 7. Eccl. hist. Angl.*

Apud Vestgotibus Sigfridus Eboracensis Archiepiscopus
 Christum docebat. Interea tres ejus Nepotes, quibus Ecclesiæ
 Vexoniensis curam commiserat, dum latius conatam disten-
 dere Evangelium Christi, à proceribus quibusdam regni cru-
 deliter occiduntur. Prætera cæde, capita vasa incluta, appen-
 dis lapide magni ponderis, in stagnum propinquum demer-
 guntur: truncos verò cadaverum in paludem abiiciunt. Re-
 ge de latronibus iustas pœnas sumere volente, Sigfridus pre-
 cubis obstitit, & multis à homicidiis exactam respuit. Non
 multo post prope stagnum Vexoniens Ecclesiæ contiguum
 inambulanti Episcopo, preceffe stetu miscenti, repente appa-
 ruere tria lumina ex aquis prodeuntia. Is in aquis inflans, vi-
 dit urnam maximo saxo gravatam simul adnatare: qua appre-
 hensa, invenit suorum nepotum capita. Magno igitur cum
 motore accepit caputibus ingemuit, & hæc verba protulit:
 Vindictæ Deus. He mox & capita vocem edidere. Unum
 dixit: Vindictæ Deus. Quando tertium: In filios filio-
 rum. *Olaus l. 17. Septent. l. 9. c. 20.*

Colomannus Scotos, propaganda religionis gratia ober-
 rans, ab Auftriacis in oppido Scotorum, tanquam ab hostibus
 mistus speculatur, ex arbore suspensus vitam finit: cujus in-
 nocentiam subscuta miracula testata sunt. Anno MCII.
Aventinus lib. 5. Annalium.

Religionis persecutorum respectu.
 Martyres facti sub
 Ethniciis.

Venantius martyr sub Decio Cæsare, in oppido Came-
 rino, præfidiis jussu sustibus verberatur, leonibus exponi-
 tur, ex plicibus pendens, vertice ad terram verso, subditi
 ignis fumido vapore torquetur. Inde depositus, dispensans ma-
 nibus, pedibusque divaricatis, pronò, diftenoque funiceis
 vinculis corpore à solo sublevatur, & ejusdem ignis flamma
 ventrem, & illa lambente cruciatur. Postremò gladio peri-
 mitur. *Marul. l. 5. c. 5.*

Gazzi, qui præ cateris paganis studiis fuerunt, fra-
 tres duos Eusebium, & Nestabulum Christianos, domi lat-
 tantes comprehenderunt, ac flagellatum. Deinde cum in
 theatrum venissent, vehementer adversus eos vociferati
 sunt, quod templa eorum labefactissent. Ad carcerem cur-
 rant, indeque extractos fratres crudelissimè interimunt,
 iam pronos eos, jam supinos rapantes, & ad pavimentum
 illidentes, ac parvam lapidibus, partim sustibus cadentes.
 Ajunt autem & mulieres è tectis egressas, radiis eos pul-
 pugisse: & coquos, qui in foro erant, alios cum illuone alia
 plenas ferventi aqua tocius reptas in eos effundisse, alios eos ve-
 rubus transverberasse. Postquam autem capita eorum sic
 contulissent, ut cerebrum ex illis in terram efflueret, traxe-
 runt eos extra civitatem, quo bestiarum cadavera ablici solent,
 igneque succensa combulerunt, ossiumque reliquias camelo-
 rum, & afinorum ossibus miscuerunt, ne inventi faciliè pos-
 sent. *Sozomenus l. 5. c. 9.*

Alexandriæ locus quidam fuerat desertus, ac neglectus, &
 A fordidus plenus, in quo gentiles olim Mythæ sacra peregre-
 rant, & homines macularant. Eum locum Constantinus Im-
 per Ecclesiæ Alexandria proprium esse concesserat. Geor-
 gius Episcopus templum in eo edificare volens, locum adifi-
 cio templi ineptum esse deprehendit, propter nimiam profun-
 ditatem, repletam magnis hominum, & recens, & jam dudum
 interfectorum in crucis Mythæ sacrificiis. Christiani tum
 studiosè hoc agentes, ut omnium rasis, & ludibrio impia
 gentilium mystera exponerent, crania reperta palam ostenta-
 bant, non sine illusionibus, & execrationibus. Moritur inte-
 rea Constantinus. Succedente igitur Juliano apostata, Ethnici,
 qui & Alexandria erant, in Christianos impetum faciunt,
 alios gladio, alios sustibus, alios lapidibus enecant, alios fu-
 nibus strangulant, nonnullos crucifixum, plurimos vulne-
 rant. In hoc tumultu, ut fit, nec à familiarissimis quidem si-
 bi liberis: sed amicus amicum, frater fratrem, & parentes
 temperos percunt, ut in mutuum eadem concurrunt. Geor-
 gius ex Ecclesiæ protractus, camelo alligatur, ac cum eo com-
 buritur. *Socrates l. 3. c. 2.*

Convenerat Christiani in templum, cujusvis ætatis, &
 sexus, memoriam Nativitatis Christi celebraturi. Maximia-
 nus naclum se occasione explendi sui in Christianos furo-
 ris rætus, militi è, qui templum incendere: sed prius per præ-
 conem significaverit, ac qui vivere vellent, ex templo exirent,
 & proxima Jovis ara adolerent: qui nollet, cum ipsa æde
 conflagraturus. Tum asurgens in templo unum, ceterorum
 omnium nomine respondit: Christianos se omnes esse, atque
 unum, eumque solium Deum, & Regem credere esse Chris-
 tum, ipseque, ac Patri eius, & Spiritui sancto se sacrificare.
 Nunc vero etiam sese ei offerre paratos esse. Ad hæc vocem
 ignis succensus, ac concrematum sunt homines vicies mille. *Ny-
 ceph. l. 7. c. 6.*

Victorem Maximianus apud Massiliam, injecto pedibus
 fuce, raptim trahi mandavit, atque ita vexatum, tantum-
 que non exanimem, in carcerem trudi. Ubi ille divino
 splendore refocillatus, ac resectus, carceris custodes ad Chri-
 stum converterit, cosque in fide stabiles Imperator capite ce-
 di præcepit. Porro Victorem in equuleo tolli, sustibusque
 & nervis duriter æditi, ac rursum in vincula conici. At ipse
 cum simulachrum Jovis ante se constitutum adorare iube-
 retur, id abominatus, prece steatum evertit, jacuitque re-
 supinatus Jupiter suis entem ridendus cultoribus. Maximia-
 nus Victorem, cum pedem illi prius abscondisset, molendini
 rotæ subiectum conteri, & adhuc spirantem gladio feriri jus-
 sit. *Marul. l. 5. c. 5.*

Sifinnius, Martyres, & Alexander, genere Græci, ci-
 ves Cappadoces, exciti fama Divi Ambrosii, Mediolanum
 sese receperunt. Ab eo honorifice excepti, aliquamdiu apud
 eundem commorati sunt. Inde recedentes, Tridentum per-
 rexerunt: ubi à Vigilio Episcopo sacris initiati, ad prædicam-
 dum Evangelium gentilibus abeunt. Vallem Annoniam
 ingressi, cum in vico Medo extructo templo, & multis con-
 versis Ecclesiæ colligerent, rusticus quidam Saturno sacri-
 ficiæ facturi pro ubertate annonæ, ipsos ad eadem invitavit.
 Quod cum illi recusarent, Sifinnii caput area turbæ alli-
 fuit, secuti confoditur. Martyry securi vulneratus, su-
 dibulque fixus, cum ad idolum traheretur, occumbit. Cor-
 pora Alexander ad sepulcrum ferebat. Pagani ea ante simu-
 lachrum in ignem proejecte, ipsum ad mortem usque flageli-
 concidere. *Pei. de Natal. c. 36. l. 5. ex Adone memini, &
 Sigeberto.*

Hebdomade sexta ante passionis Dominicæ diem, Christiani
 centum, quorum alii Episcopi, alii presbyteri, alii aliis Ecclē-
 D sticiis dignitatibus ornati erant, in carcere una die occifi fue-
 re à Sapore rege Persarum. Quibus adstant Symeon Episcopus
 Persidis, fortis esse justitiae animo, differens illis multa de
 mortis sanctiorum gloria, de resurrectione, & aliis, quæ ad con-
 solationem Martyrum facere videbantur, quorum singula ex-
 scripturis S. probat. *Sozom. l. 2.*

Anno 35. Justiniani, cum xl. captivos Longobardi tene-
 rent, mox suo capte caput adorabant, quod immolaturi
 erant: ac Christianos, ut idem fâciarent, cogere tentabant.
 Verim illi cervicis suas potius carnifici præcendidas præbu-
 erunt, quàm idololatram vitam suam redimerent. *Gregor. Papa
 l. 3. Dialog. c. 28.*

Oddar Aldemurgenfis Ecclesiæ Præpositus, cum sexaginta
 presbyteris factis, à Sclavis sine Vandalis, ductu Mistivooi prin-
 cipis occupata urbe magna immanitate tradatur. Cute enim
 caput in strata crucis incisa, cerebrum singulis aperuerunt: &
 in

manibus post tergum ligatis per urbes, & vicus martyres spe-
 ctaculi loco traxerunt, usque dum expirent. *Helmold. c. 16. 19. E.
 Crantz. l. 2. c. 42. Pand. 19. l. 3. Metrop. c. 2.*

Hereticis.

Cùm Valens Imp. Arrianus Ecclesiæ orthodoxorum gra-
 viter persequeretur, veniunt quidam Ecclesiastici Viri nu-
 mero xxx. Nicomediam, ac supplicationum libellos, de ini-
 iuris, & malis, quæ perpeffi fuerant, Imperatori exhibent.
 Qui ira furens, Modesto præfecto clam mandat, ut com-
 prehensos eos morte mulctet. Præfectus multitudinis seditionem
 metuens, navim parari curat, simulans fe eos in exi-
 lium deportaturum. Sed nautas in navicula piscatoria ponè
 sequi jubet, & navem succedere. Sic mediis in fluiti-
 bus igni perierunt.

Alexandrini cives Eutycheis errori addicti, suum Episco-
 pum Proterium orthodoxum afflixerunt: ac ipso rejecto,
 Timotheum quendam cognomento Alurum substituerunt,
 ea occasione utentes, quòd Imperator Marcianus mortuus, &
 Orientis præfectus in interioris Ægypti partibus longius ab-
 fect. Cùm Proterius ad baptisterium confugisset, cum transfu-
 diunt, cadaver fusc suspensum per publicum trahunt, can-
 nentes, Proterium cruciatum esse: igni injectum cremant,
 cinerem in ventos dispergunt, viscera cruda devo-
 rant. Præterea sex alios eadem immanitate in odium Pro-
 terii rapiunt, & interficiunt. *Evagrius l. 2. c. 8. 19. Niceph.
 l. 15. c. 16.*

In quodam loco Africa sub Genferico, cui Reja nomen,
 cùm aliqui ad Paschæ festivitatem agendam convenissent,
 & clausum templum aperuissent, Arrianus presbyter con-
 gregatam armorum manum in eos accendit: qui hostiliter
 piam turbam invadunt, miseramque stragem edunt,
 alios gladiis interficiendo, alios jaculis perimendo. Qui
 evaserant, regio jussu alii penis paulatim attriti, omnes
 demùm necati sunt, maturioris præsertim ætatis. *Prosper
 in Chron.*

Vide de Hereticis nostri temporis, Locum de Heresi,
 & Hæreticis.
 Mahumetanis.

Cùm Agareni Cretam occupasset, Cyrillum Gortyæ
 Episcopus propter confessionem Christi interfectur.
 Zonas in via Michaelis Balbi.

Petrus Damasci metropolitæ, Saracenorum impia dogma-
 ta refutabat, & hæresim Arabum, & Manichæorum multa
 cum ipsis communia habere demonstretabat. Itaque apud Ha-
 G mili principem accusatus est. Lingua ei præcidiunt. In Arabiam
 felicem deportatus, cùm alios Christianos confirmasset in fi-
 de, interfectus est. An. Dom. 745. juxta Geberturnum in Chroni-
 co. *Paulus Diac. l. 22. rerum Romanarum,* anno Copronym
 fecundo id factum narrat.

GUDESALVUS Valsius. Vide supra sub Militibus
 Patriæ, Imperii persecutorum respectu.
 Hunc ordinem Ecclesiasticæ servati Historia.
 Vide Tit. Persecutorum.

Secundo Hadriani anno, Aurelius comes Alexandrum Ro-
 manum Episcopus, cum Hermete præfecto urbis, ejus uxore,
 liberis, & tota familia numero MCCL. in carcerem coniecit,
 & tandem in furno ardenti cremavit. Redarguens verò hæc
 iniquum tyrannidem Theodulus, Alexandri diaconus: idem
 supplicium subit. Narrant, & Zenonem, patricium Roma-
 num, cum decem millibus, ducentis, & tribus, pro Christo
 interfectum. Nomo ejus anno decem millia martyrum in Ar-
 menie monte Ararat per fide Christi crucifixum. Ex his no-
 minatur ab Henrico Erfurdense, Achaicus princeps, Heliades
 dux, Theodoros magister militum, & Carcerius dux exercit-
 us, cum suis contribulibus.

Sub Decio martyres innumerabiles gloriosam pro Chri-
 sto mortem opperietur. Inter quos Justinum quendam
 Romanum presbyterum, & Nicolstratum diaconum, Ber-
 gomenfis recitat. Vincentius his addidit Portium, qui duos
 Philippos Imperatores converterat.

Carthagine sub Valeriano, & Galieno trecenti martyres
 simul passi sunt. Cùm enim præses adpositis carbonibus cum
 thure, ad elibanum calcis, conditionem illis ulisset, ut aut thura
 carbonibus in honorem Jovis imponerent, aut in fornacem
 calcariam irent, omnes uno impetu in ignem se iniecerunt.
Henricus de Erfordia, Vincentius.

Primo anno Imperii sui Claudius ducentos, & septuaginta
 duos Christianos jussit extra muros porta Salarie educi, ibi-
 que inclusos in amphitheatro à militibus cõfodi. Quadrantina
 sex milites à Dionysio Papa simul baptizati, decollati sunt, ac
 in

in via Salaria sepulsi, cum aliis martyribus centum, & viginti. *Idem.*

A Sub Antonino Vero, Lugduni, & Vienna in Gallia Sanctus Viennensis Ecclesie diaconus, Maturus recens baptizatus, Attalus Pergamenus, Blandina ancilla horrendos cruciatus pro Christo sustinere. Quos *Eusebius l. 5. cap. 1. recen-*

set. Sub Alexandro Mammez Pammachius Romanus consul cum uxore, & filius, aliique promiscui sexus ad quadraginta duos: item Simplicius Romanus senator: omnes uno, eodemque die capitis supplicio affecti, eorumque capita ad diversas urbis portas in terrorem, ne quis se Christianum profiteretur, affixa sunt.

Tales sunt *Damasus, Beda de Temp. et. Orosius l. 7. c. 25. Honorius, & alii*, causa in persecutione sub Diocletiano, spacio triginta dierum, martyrii nomine, septendecim Christianorum millia, ac prater eam multitudinem, numerum alium ingentem, metallorum effusionibus, lapidibusque excidendis addidit.

Indes, & Dommas, cum multitudine viginti millium martyrum, passi Nicomedie sub Maximino. *Metaphrasies.*

B In gravilla persecutione sub Sapore Persarum rege, supra xlv. mille martyres diversi sexus, aetatis, conditionis, locis diversis, numerati fuerunt, prater eam multitudinem, quae in digitos referri non potuit.

TOLERANDO TORMENTA EXTRA MORTEM.

Thecla Iconii a Paulo conversa, sponso Thamiro renunciavit datam connubii fidem, & professi est Virginitatem: eam ob causam a matre accusata, & una cum Paulo in carcere ducta. Paulo ejectione, ipsa in ignem conjecta: sed pluvia ignem extinguit, evasit incolumis, ad Paulum rediit, & se ad habitum viri conderi voluit, ut Paulum liberet sequi posset: verum a Paulo illi facere non est permessa. Ab Alexandro profos, cum ejus libidinem explore nollet, accusata, variis suppliciorum generibus frustra afflicta, tandem superstes manit: Tonsa, & virilem vestem induta, comitantibus quibusdam juvenibus, ad Paulum profecta est. Tandem Seleuca obiit. *Pet. de Natal. l. 8. c. 110. Vincent. l. 9. c. 47. Marul. l. 5. c. 6. & Sabell. lib. 5. cap. 8.*

C Hieron, & Ater, & Isidorus Aegyptii, & cum illis Dioforus puer quindecim annorum, Alexandria sub Decio traditi fuerunt. Puerum quidem iudex primum verbis seducere, deinde tormentis cogere conabatur. Verum ille nec persuaderi, nec cedere sultine. Reliquos ferocissimè laceratos igni tradidit, Dioforum vero sapientissimè ad interrogata respondentem, admiratus dimisit: illic vitam ad respiciendum impetire se dixit. *Dionys. Alexandrin. in Epist. ad Euseb.*

Duos Antiochenos juvenes, quod Christiani essent, Diocletianus custodiri iusserat. Cum paratis tormentis ante aras, ut sacrificarent, Diocletianus eos statim iussisset, concordibus animis responderunt, patientia sua periculum se facere paratos, ne quis confideret, tormentorum magnitudine posse eos a Christiana fide deduci. Quod cum dixissent, ambo manus sacrificii ignibus iniecerunt, nulloque doloris offenso sensu tandem in eis manus tenuerunt, quoad urendo defecata carne ossa reliquerunt. *Fulgos. & Egnat. l. 3. c. 3.*

Cum in Julianum Imper. Christiani reliquias Babylae martyris ex Daphne Antiochiam transferentes, quaedam libera, & alta voce ex Psalmis fucinissent, tanta ille rabie correpsit, ut sequenti die Christianos omnes comprehendi iussit. Dederat id negotii Sallustio praefecto, qui, licet invivum, juvenem quandam Theodorum comprehendit, & a prima luce ad horam usque decimam torquet in equuleo, loris, laterum perfozionibus, aliisque immanibus tormentis. Cum autem Theodorum vultu hilari Psalmum, quem pridie ceteris universis cecinerat, iteraret, nec se quicquam effecisse crudelitate sua Sallustius videret, vincum eum in carcere coniecit, Imperatorem vero monuit, futurum ut Christiani gloriam, sibi infamiam, & ignominiam, si sic favere in eos pergat, conciliet. Dimissus Theodorus Antiochiam venit, ubi interrogatus ab aliquibus: Ecquos sensit in equuleo, & tormentis dolores? respondit: Initio fe quidem non nihil perpessum doloris, sed mox adfuisse sibi juvenem quandam, qui sudores abtergeret, & frigidam suffunderet: qua re ita delectatus fuerit, ut eum de equulo deponi iustus esset, meffior factus fuerit. *Ruffinus l. 2. c. 36. Theodoret. l. 3. c. 11. Sozom. lib. 5. cap. 20.*

D Miles militiam primum profectus apud Perfas, Christianam deinde fidem amplexus, & Persica cujusdam civitatis Episcopus factus, cum neminem ad Christianismum convertere posset

prehenderat, & Romam profectus, in synodo cum Martino Papa damnaverat Monochelitarum errorem, a Constante E

Martyrum sub Generico, & Hunerico Vandalorum Regibus in Africa numeris iniri nequit. Prae ceteris recenserent Duo fratres germani, civitatis Aquilegensis, qui juramento sese mutuo adstrinxerunt, ne alter alterum in isto certamine desereret. At verò cum alter peteret mitigationem, & suspendio, quo totum diem perpenderet atrique, alligatis pedum digitis immentis lapidum molibus deponi: ibi alter ipsum vehementi increpatione objurgat, seque eum perjurii accusaturum coram Christo minatur: atque fratrem ita confirmavit, ut in patiendò tandem cum fratre duravit, dum ipsi tortores quodam defatigati, illos ultro reciterent cum rudio, & quadam indignatione, quod horum constantiam universi imitarentur, nec quisquam ex illis ad Arrianismum accederet, & quidem post tormenta ne livores quidem apparerent. *Vidor.*

In gravi illa persecutione Vandala sub Hunerico collegium orthodoxorum, quod Eugenio Episcopo in exilium abducto reliquum Carthagini manserat, inedia, & caedibus paulatim majori ex parte confectum, procul in hortendum locum F exilii flagris, & verberibus expellitur. Ex hoc coetu retracti sunt violenter duodecim Pueri, claritate vocis praediti, suavi Cheuorii, qui illos habuerat discipulos, priusquam a veritate ad Arrii mendacia transisset, ut in coetu essent moficos. Quos cum blanditis in Arrianismum pertrahere non possent, durissima quaeque illis iterum, atque iterum inentaverunt, vulnera vulneribus infligentes, & priora posterioribus subinde refricantes. Verum Christo robur addente, in recta fidei confessione perstiterunt. *Vidor.*

Constituerat Genericus Vandalorum rex in Africa, ne ulli hominum, praeter Arriani dogmatis sectatoribus, in aula sua, filiorumque ulla officiorum administratio committeretur. Post plurimos ex aulicis, qui ad abjurandum fidem adigebantur, perventum tandem est ad Armogastem. Ejus cum tibie tumenibus chordis graviter contricta torqueretur, fronsque ipsa resonantibus nervis usque adeo constringeretur, ut veluti in exarata terra sulci, ita in ea crassa, ac ingentes rugae apparerent: caelum suspiciens, tacite se Christo commendavit. Igitur improviso, quasi araneum fila, nervi crepantes rumpuntur. Eo vivo, tortores adhibitis fortioribus chordis, isque caballinis, lapsus repetunt tortiones. Verum ipse Christi nomen invocante, conatus fuerunt irruere. Immo cum altero pede, capite deorsum vergente, suspendi penderet, plurimis ceu super lectum mollibus plumis istratum, dormire visus est. Episcopus filius Theodericus, cujus ab officio fuerat Armogastes, jubet eum capitis supplicio affici. At hoc ejus mandatum mutat presbyter Jocondus, aliud suggerens, posse eum diversis, & lentis cruciatibus paulatim confici. Si gladio percuciat, futurum, ut Romani martyrem ipsum celebrent. Solutus ergo, mittitur in Bizaganem provinciam, ad fodendas feros. Brevi post inde revocatus, ad majorem ignominiam, non ita procul a Carthagine palcendis vaccis praeficitur. E qua functione paulò post lapsa morte exemptus est. *Prosper. in Chron.*

G Tipasensis Mauritaniae majoris civitas, cüm audivisset ex aula notario, sibi designatum pastorem, hominem Arrianum, potissima ejus Ecclesiae pars omnibus neglectis, proximas Hispanias navigatione petiit, paucis ibidem relictis. Eos cum Arrianus neque blandimentis, neque minis in suam sententiam pertrahere posset, ac ipsi in privatis aedibus sua sacra tractarent. Rex in medio foro cunctis manus dextras, & linguas praedici curavit. Quo facto, illi nihilominus rectè loqui poterunt, Christo ipsos pro afflictione hoc miraculo remunerante. Et ut hujus rei fides firmaretur, scribit *Vidor. l. 3. in aula Imperatoris Zenonis usus ex his, Reparatum nomine, paulò post in magna fuisse veneratione. Episcopus etiam quibusdam orthodoxis hoc idem accidisse, ut lingua mutilata nihilominus loqueretur, testatur Justinian. l. 1. Cod. de officio praefecti praet. & ipse *Theodor. l. 3. de bello Vand. Greg. Pap. l. 3. Dialog. c. 32.**

Aithalas Persa sub Sapore rege in tormentis nimium extensus, brachiorumque luxationem passus, manus postea mortuas, ac pendulas circumtulit, ut aliorum manibus cibum orti ejus adhiberi necesse esset. *Sozom. l. 2.*

Miles militiam primum profectus apud Perfas, Christianam deinde fidem amplexus, & Persica cujusdam civitatis Episcopus factus, cum neminem ad Christianismum convertere posset

posset: post verbera, & afflictiones multas, quas ab incolis A sustinuit, maledictionem ei civitati imprecatas, eam deseruit, imperante Constantino. Quae paulò post a Rege Persarum Isidige subverba fuit, propterea quòd in eum primae ejus graviter quadam deliquisset. *Sozom. l. 2. cap. 14.* Ubi Apostolorum imitatione pera duntaxat, in qua Codicem Evangeliorum ferebat, instructum circumvixisse, multaque edidisse miracula scribit.

In Campania Italiae, cum Totilas Rex Benedictum Junio-rem sanctitate clarum, propter Christum, cum cellula comburere cuperet, nec posset: eum in ardentem clibanum projecit. Qui tamen inde altero die illaesus corpore, & vestimentis exisse dicitur. *Sigeb. in Chron.*

TOLERANDO CARCEREM.

Justinus Imp. ad alia Imperii sui illustria decora hanc quoque adhaere laudem voluit, ut Arianos demum proflus a se dissipatos constans posteritas praedicaret: siquidem acerbissime ferens, perfidiam eorum tot Conciliorum sententias jugulatas, atque confosmas, adhuc tamen in Oriente spirare, edidum proposuit, ut Arianorum Ecclesiae ubique Catholicae religioni consecrarentur. Quod ut Theodericus Ostrogothorum primus in Italia Rex accepit, dolorem ferre non potuit, ac pravum alterum consilium Catholicos insectandi in Italia cepit. Itaque Joannem Pontificem ad se accessitum legatum ad Justinum pro imperio contendere iussit, admonitum, ut suas Arianis Ecclesias redderet, neque negotium ullum faceretur: si minus, se eadem mala Catholicis in Italia moliturum. Joannes Justinum non solum ad Ecclesias Arianas reddendas non impulit, verum etiam ipse omnes, quas potuit, ubique ritu Catholico consecravit: Ea propter Theodericus ipsum cum locis legationis Ravennam venire imperavit, ac gravissima Catholico comminatus, in carcere condidit, atque ibi omni humanarum arumarum genere conficitur. Joannes autem, dum fuit in carcere, causam tueri Catholico defendit. Ceterum haud multis post diebus, fame, siti, & ceteris carceris incommotis maceratus expiravit: eumque 90. post die Rex subsecutus est. *Sigon. l. 16. Imp. occid.*

TOLERANDO EXILIUM, PROSCRIPTIONEM, PAUPERIATEM.

C Hormisda gentem Achemenides, natione Persa, ab Isidige de Rege ob religionem acerbè reprehensus, poene loco Regibus camelos nudos pacere jubetur. Pareat ille. Rex cum obedientiam illius videret, recordatus paternorum meritorum, linea veste indutum ad se jubet adduci, adductum blandis verbis a Christo abducere conatur. At zelo divino incensus Hormisda, vestem discissam ad pedes Regis abiecit: Si propter munus lineum, inquit, deserere me sperasti pietatem, en tibi donum tuum cum impietate, quam possides. Eum igitur Rex nudum regno suo expulit. *Theod. lib. 5. c. 39.*

Hunericus exilium Episcopis, Presbyteris, & ejus ordinis plurimis, & alius quoque ad quinque milia ferè decreverat. Erant in eo numero Felix Abbatianus Episcopus, munere isto ad annos quadraginta quatuor functus. Id quod paralyticus effectus, nec sentiebat, nec loquebatur quicquam. Pro eo apud regios reliqui deprecabantur, simeret Rex Felicem jam moriturum Carthagine, tantisper dum animam efflaret, eò quod in exilium difficultè abduci posset. Qui tyrannus magno cum stomacho respondit: Quòd si adeo usque morbo debilitatus es, ut jumento insidere non queat, alligatus D funi à bobus trahatur, quòd praecipit. In eo exilium coetu, & Puerorum grege, quo genitricis comitabantur, alii quidem gratulantes, quòd martyres peperissent: alii genibunda, quòd suos miserè perituros intueti cogenter: immensisque doloribus victa, cupiebant eos rebaptizationis lavacro a confessione revocare, atque hoc modo ex praesenti afflictione eripere. Verum cum virtus maxime in infirmitate est potens, istantem addidit robur tam fragilibus testibus, ut nullo maternorum affectuum conatu infringi possent. Anus quodam ex intervallo sequebatur reliquam multitudinem, properantibus passibus, quantum pro aetate poterat, manu ducens puerulum: eum inter ambulandum subinde ad alacritatem blanditius adhortabatur: Age, inquit, propra puer, vides, quò studio festinet universis Sanctorum exercitus, ad percipiendas gloriae coronas: acceleremus & nos, ut illis

conjugamur. Etcum interpellaretur à quibusdam; Quid ita perdit festinaret cum parvulo, & qua ratione tantum icineris superasset? respondit: Bene precemini, bene precemini, & orate pro me, & isto meo nepotulo, mulier sum peccatrix, filia olim Zurianae civitatis Episcopi: & cum isto ad exilium una quoque pergo, ne ille solus relictus hosti veritatis, & in terra praedatit, & à via vera abductus in exitum praecipitur. Congregata autem univerfa multitudo in urbibus Sicence, & Larense, Mauris ad eremum deducenda traditur. Verum ex nobilitate quidam Comites advenientes, multis blandis sermonibus à fidei integritate illos retrahere conabantur. Illi verò ingenti vociferatione uno consensu suam ediderunt confessionem clamantes: Christiani sumus, univerfa Ecclesiae consensum amplectentes, Deum unum, & trinum, & trinitatem unum Deum inviolabiliter confitemur. Eo facto, jam graviori custodia includuntur quidem, sed tamen spatiofior: nec denegabatur ingrediendi facultas fratribus, qui consolationibus ipsorum animos erigere, aut etiam sacris administrare vellent. Verum id eis non diu concessum est: nam eam ob rem custodes sustibus caesi sunt, & ne cuiquam ad eos pateret accessus, interdicitum. Immo in augustiorem locum, qui tanta multitudinis non bene erat capax, alius super alium ceu locusta, sive verius, frumenti grana in maculos coacervata, coarctati sunt, ut ne succedendi quidem ad naturae P effectus locus: sed egestiones urgente necessitate tam urine quam sordium, illo ipso loco subitus se faciende essent. Ubi cum aliquandiu morarentur, eò usque stercola cumalata sunt, ut in totum spatium exundarent. At ubi hoc Mauris visum fuit, ad deserti praecipit locum pergere jubentur. Egressi ergo ex illo squalido loco, & ora, & capita, & vestimenta stercoreibus oblita trahebant: interim tamen quae praecuram cum ipsis ageretur, hilares Deo hymnum inter eundem decantabant: Haec est gloria omnibus sanctis ejus. Illis sic in squalore incendibus, aderat Cyprianus Vinzibrensis Ecclesiae Episcopus, qui divini verbi consolationibus ipsos confirmabat. Sed & plurimè passim turbae undequaque e regionibus constuebant ad ipsos visendos, atque magna acclamatione suum potius quam ipsorum exilium conditionem deplorabant, cupientes itineris eorum esse comites. In peregrinatione autem cum indies progressiones longas facerent, quibus deducendi negotium commissum erat, imbecillior aetas parvulorum, & senum defatigabatur, quos acutis haestibus cuspidibus impellebant ad procedendum: unde magis magisque delassati, penitus deficiebant, adeo ut jam etiam impedimento futuri essent. Quare Mauri eos, qui progredi non valebant, pedibus ligatis trahebant per loca aspera, & dara: qui hoc modo saxorum illifombus attriti, sumum constrictioibus violentis enecti, inter trahendum manus expirabant. Erat autem ipsorum numerus non exiguus, ut neque tumulus erat conicere, qui sparsim toto illius itineris tractu ceu talparum cumuli cernebantur. Reliqui habiliores, ad designatum solitudinis locum pervenerunt, ubi passim aliquandiu sunt hordeo, fumentorum ritu, quod tamen ipsis paulò post etiam denegatum est. *Haec Vidor. de persecution. Vandala.*

Saturus, domus Hunerici procurator, accusatore quodam Diacono Marinado, ut Arianus fiat, postulat. Cum autem confessionem veritatis pluris faceret, quam omnia sua commoda, aut dama: uxor adductis communibus liberis, ad genua mariti advolvitur, perque omnia sacra rogat, obsecrat, & obtestatur, miseretur sui, & pendenti à lacte matris filiole, & reliquorum conjugii pignorum: neu committat, ut quos nobilitas reddiderit claros, servili conditioni subiciantur, non patiantur, ut se vivo, indigno, & turpi matrimonio camelarii servi copuletur: Deum haud dubitè respecturum, quod invidit, & valde gravitatem faciat ipse, quod perique fecissent voluntarii. Sed ipse se ex Job ei respondit: Tanquam unum ex insipientibus multibus loqueris. Ego Domini promissionem securus, verba in mente fixa tenebo. Si quis non reliquerit uxorem, liberos, agrum aut domum, meus non poterit esse discipulus. Uxor discedit. Saturus spoliatus omnibus, & plurimis supplicis debilitatus, mendicus demum relinquitur. *Prosper. in Chron.*

Valerianus Habensae Episcopus in Africa, dum impio Generici Vandali edicto totis viribus reluctatur, ne traderet S. libros, quos postulat, eicitur civitate solus, & privatus, omnibusque severissimè demandatur, ne quis eum in agrum suum, nedum in domum admittat. Quare multo tempore in publico sub dio, & quidem nudus jacuit, annos habens aetatis amplius octoginta. *Idem.*

PROBULSANDO.

A Israelita, Duce Josue, & propaganda religionis causa, & regionis sibi divinitus promissa...

Judith vidua Bithulensis, partim obfisione, Judam omnem, hoc est, Dei populum, servitutis periculo liberavit.

B faciem ejus videret, cujus famam admirabatur. Et sic Assyrii, qui multas jam gentes, urbeque uno impetu subjugaverant...

Maxentius tyrannus, Constantino Magno contra eum movente, ut tantam belli molem averteret, ad magicas artes se contulit...

Constantinus Magnus Theffalonica egressus, in Hebræi ripa adversus Licinium tyrannum confedit, qui castra ad montem urbi imminemtem posuerat.

gentilium arte confitit inani spe rerum secundarum instabat, itaque in urbibus Licinii multi per eos dies multas Constantini cohortes metidae per urbes transeuntes tanquam victores se vidisse, affirmarunt...

Theodosius Magnus Imper. ad Julias Alpes Eugenium tyrannum, Valentinianum interfecerunt, idolorum cultorem, memorabili pralio vici, & pietatem Christianam servavit.

Iustinianus Imper. Christianæ religionis initio studiosissimus, Chalcedonensis Synodi decreta constanter, & summa severitate in omnibus Ecclesiis propagari, & adversarios omnibus modis coerceri, & ad consensum compelli iussit.

Procop. l. 1. belli Persici, de Helliæto Etiopum Rege scribit, quod contra Judæos, in Homeritarum regione Christianos affligentes, classem instruxerit, & victoria potius Regem impium interfecerit, & Christianum substituerit...

Ethnici septies a Constantino expulsi Hierosolymis, denudò eam ceperrunt, & Joannem Patriarcham eiecerunt. Ille Constantinopolim veniens, petit ab Imperatore, & filio ejus Leone auxilium, fed ille cum ad Carolum Magnum cum literis ablegavit.

In Northanybrorum gente, dum Heduunum regnavit, floruit Ecclesia, & fuit maxima in polita tranquillitas, quam Deus veluti halcyonia concessit Ecclesiæ colligenti suos coetus per ann. 17.

Martyrium. Martyres. Martyrologium. 303. Ecclesiæ subsecuta est, & inveniuntur Cedualda, & Penda: A quorum hic paganus, & Christiani nominis ignarus, ille moribus, ac animo barbarus erat. Paulinus igitur, assumpta secum regina Edilberga, rediit Cantuum navigio...

men, cum etiam tempore S. Hieronymi, tantus illorum numerus fuisset, ut in quolibet anni currentis diem decem millia assignari potuissent adfirmet. Qui ergo in hunc locum translati fuerunt, illustriores aliquot sunt, & notiores. Plures reperire erit in Martyrol. Bedæ, Uuard. Adonis Baronii, Græcorum Menologio, & illis, qui gesta, & obitus Sanctorum literis consignarunt.

Quamvis non sit credendum, quod penitus subverta fuerint, aut mutata, aut mutilata. Romæ enim semper sedebunt Pontifices Catholici, qui Sanctorum res gestas accuratè literis consignari fecerunt. Quod quidem amplius roboratur ex eo, quod Ariani, & alii, qui primis temporibus bellum Ecclesiæ Romanæ intulerunt, nullam Sanctorum memoriam injuriam inferrent.

* Martyrologium. QUID SIT. EJUS ANTIQUITAS

Martyrologium est idem quod series, sive historia succincta eorum, qui pro Christo sanguinem, & vitam profuderunt. Continens nomen, tempus, locum quoad fieri potest, genus mortis, ejusque causam, Martyrium. Primum omnium, qui Martyrologium conscripsit, ab omnibus prædicatur Eusebius Pamphili Episcopus Cæsariensis.

Sunt, qui putent ne Eusebium quidem Martyrologium scripsisse, sed ipsa Matryrum Acta ingenti volumine, non autem compendiosam narrationem concepsisse. Nam sicut Romæ olim Notariis de conscribendis SS. Martyrum Actis: Ita & in aliis Ecclesiis translati marinis alicui ex Clero negotium imponebatur, cuiusque martyris Acta, diemque natalem, (sic enim eorum ex hac vita transitum vocabant, quod tum Deo, & cælo nascerentur) scripto tradere. Unde constat, Martyrologia antiquissima esse, eorumque primum auctorem B. Clementem: quæ proinde successit temporis creverunt, prout illorum numerus augebatur. Immo variorum Ecclesiarum Acta, & scripta tandem in unum Diarium, sive Indicium coaluerunt. De Romano autem veteri Martyrologio ita scribit Greg. ad Eulogium Episcop. Alexand. Episc. 29. l. 7. Ind. 1. Nos, inquit, penè omnium Martyrum, distinctis per singulos dies passionibus, collecta in uno codice nomina habemus: non tantum eodem volumine quis qualiter sit, astus, indicatur, sed tantum locus, & dies passionis ponitur. Unde fit, ut multi ex diversis terris, atque Provinciis per dies singulos cognoscantur martyrio coronati. Sed & habere vos beatissimos, credimus.

* SCRIPTORES. Plura require in loco de Magnanimitate. Posset hic locus Martyrum exercere in immensum volumine.

En quomodo Sanctus Pontifex existimet eandem Martyrum collectionem æque ac Romæ etiam reperiri Alexandriæ, & alibi. Unde infamare videtur, fuisse universalem hæc in Ecclesia Sanctorum Communione.

VARIETAS.

A Romano Martyrologio, quod primum, & antiquissimum est, alia velut è fonte derivantur. Itaque post Romanum olim editum sub nomine Hieronymi, primum locum obtinet, quod à Beda concinnatum fuit, qui non tam novum composuit, quam Romanum vetus ait. Beda successit quidam quidam Monachus Benedictinus, cuius meminit Sigebert. c. 49. de viris illustribus. Post hos elapsis circiter ann. 70. temporibus Caroli M. Ulfuardus eiusdem instituti Monachus, natione Galus, Martyrologium scripsit, & quod ab aliis prætermisum, adscit, & quædam emendavit.

Post annos circiter 50. anno scilicet Dom. 850. Vvandelbertus Diacomus, & Monachus, Poeta illius ævi, heroico versu Martyrologium conscripsit. Cuius meminit Sigeb. c. 49. Tritheimus de viris illust. Ord. S. Bened. c. 36. His successit Ado Episcopus Trevirensis, qui claruit tempore Gregor. VII. quique Martyrologium locupletius scripsit, & nonnulla fufus, quam alii, enarravit. Qui verò nosse desideraverit, quinam præterea circa hoc argumentum defudarunt, consulat libellum Joann. Molani Theologi Lovaniensis, quem in secunda sui Ulfuardi editione adiecit. Certè non parum Card. Bæronio debemus, qui Martyrologium Romanum cum integris exemplaribus ex fide collatum evulgavit, notans eruditè, à liaque curiosa, & varia, unà cum indice Sanctorum, Topographico, & Rerum addidit.

* OCCASIO ILLUD PRIMUM SCRIBENDI.

Obi de usitato, & veteri Martyrum cultu.

Testis est S. Gregor. supra ad Eulogium scribens, solitos primitivè Ecclesiæ Præfides, recurrente die natali, hoc est obitus alicujus Martyris, in ejusdem memoriam Deo offerre sacrificium. Et hoc ipsum Tertull. lib. de Corona militis scribit: Pro nataliis annua die facimus. Facere enim, idem esse penes antiquos, quod sacrificare, etiam ex Virgilio, qui dicit: Cum faciam vitulam, demonstratur. Item ex illo Christi, Hoc facite &c.

Porro illi agi à Tertulliano non de nataliis more Gentilium, ut sperarim interpretatur infelix Rhenanus, sed de die, quo sancti Martyres victores in cælum à Deo recepti sunt, consule in eum Locum piensissimi, & eruditissimi viri Pamelii adnotationem. Habes de eodem pristino usu Epistolam S. Cypriani ad presbyteros, & diaconos Ecclesiæ Carthag. est in edit. Pamel. 37. in qua hæc verba descripta habentur. Denique & dies eorum, quibus excedunt, annotatè, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Quanquam Tertull. fidelissimus, & devotissimus frater noster, pro cætera sollicitudine, & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis imperit (qui nec illic circa curam corporum deest) scripserit, & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriæ mortis exitu transeunt, & celebrentur à nobis hic oblationes, & sacrificia, ob commemorationes eorum, quæ citò vobiscum Domino protegente celebrabimus. Hæc Cyprian. qui & ad clerum, & plebem scribens Epist. 34. sic in eandem sententiam: Sacrificia pro eis semper (ut meministis) offerimus, quotidie ad martyrum passiones, & dies anniversaria commemoratione celebramus. Hæc ille.

Quod porro ait, sacrificia pro illis offerre: nemo putet pro peccatis illorum expiandis id fieri solitum, cum omnia mundentur in sanguine, majoremque (teste ipomet Domino) hac charitatem nemo habeat, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Si enim flenti mulieri peccatrici dimissa sint ex sententia Salvatoris peccata multa, quoniam dilexit multum, quis dicere audeat, post imbrem sanguinis, consummato martyrio adhuc superesse expiandas fordes? Sed sic accipiendum sacrificia pro eis offerre, ac si diceret, in eorum commemorationem illud facere, prout ea, quæ ponuntur inferius, verba declarant, & quæ ex dicta Epist. 37. ex eodem auctore superius recitavimus. Unde S. Aug. tractatu 84. in Joann. habet: Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoramus quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oramus, sed magis ut orent ipsi pro nobis, & eorum vestigiis inhæreamus. Hæc ibi. Et de ver. Apost. ser. 17. c. 1. in eandem sententiam sic ait: Habet Ecclesiastica disciplina (quod fideles norunt) enim martyres recitentur eo loco ad altare Dei,

ibi non pro ipsis oretur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oratur. Injuria est enim pro martyre orare, cum nos debemus orationibus commendari. Hæc August. ex quibus omnibus dilucidius intelligere potes, quid sit offerre pro Martyre. Si hæc uberius cupis, consule in citato loco Tertulliani, ac Cypriani notationes Pamelii. Recitabantur post Apostolos nomina sanctorum Martyrum, prout etiam docet sacre Missæ Canon, qui habet Communicantes, & memoriam venerantes in primis, &c. Recitabantur ex scripto secundum prærogativam status, & meritum, nec tantum nomina martyrum, sed & aliorum Sanctorum. Unde & August. lib. de sancta Virgini. c. 45. hæc ait: Perhibet Ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco Martyres, & quo loco defunctæ sanctimoniales recitantur. Hæc ille.

Ex prædicta igitur nota dierum natalium Sanctorum Martyrum pro commemorationibus faciendis, Martyrologii conscribendi provenit occasio: cum etenim frequens esset Martyrum numerus, (decem enim illis, quas numerans persecutionibus, in unaquaque Provincia necatos fuisse quos plurimos, nemo poterit dubitare) atque in chartis Ecclesiæ singulorum nomina, & dies, quibus Martyrum consummasent, notata haberentur: ex illis Ecclesiasticis monumentis pridie diei natalis (ut hodie fit in Martyrologio) annunciabantur nomina in Ecclesiâ, quorum natalia recensenda essent die sequenti, corundemque unâ cum sacrificio foret commemoratio faciendâ. Ejusmodi Ecclesiasticas tabulas quibus singulorum martyrum natalia conscripta haberentur, à Tertulliano Fastos fuisse appellatas, optimè, eruditeque notat Pamel. in dicta epist. 37. Cyprian. ille enim in lib. de Coron. milit. hæc ait. Habestis census, tuos Fastos, nihil tibi cum gaudiis facili, &c. Tertullian. idcirco quod in dictis Sanctorum Martyrum nataliis solebant Christiani muræ inter se charitate gaudere, quando & convivium quod Agapen dicebant, celebrare in ipsa Memoria, in Ecclesiâ inquam Martyris consueverunt: licet quod ad locum spectat, usum illum Concilium Laodicæ Can. 38. retrinxerit.

At antiquitas veneranda, & ab Apostolis manans, semperque servata, atque propagata traditio non tantum egit, ut anniversaria celebraretur Sanctorum Martyrum commemoratio ageretur, sed etiam ut in ipsorum honorem memoria passim egerentur: eo quippe nomine à majoribus nominata sunt Ecclesiæ, que in honorem Sanctorum Martyrum Deo consecrarentur, ut S. August. testatur de Civit. Dei, l. 21. c. 10. Qui quidem laudabilis usus Apostolorum temporibus (ut didicimus) visus est duxisse principium, ea nimirum occasione, quod veneranda Martyrum corpora sub altare recondi consueverunt, secundum illud Joann. Apoc. c. 6. (ut omnes præsertim antiquiores declarant Interpretes.) Vidi sub altare Dei animas intersectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant. Cùmque ipsa altaria sepulchra esse Martyrum viderentur, ac subinde eadem præclara memoria Martyrum haberentur, quæ eadem ex causa superaddicerentur Ecclesiæ æque Martyrum Memoria dicebantur.

Accidit insuper, ut pium, ardenque fidelium in martyres studium non satis esse putaret, si unius, vel alterius Martyris uno tantum loco esset Memoria collocata, sed plures optaret. Quamobrem factum est, ut non sine reliquiis ejusdem Martyris in ejus honorem altare erigere, & Memoriam superstruere liceret, id legitimum Ecclesiasticis prohibentibus, Concil. African. c. 50. Quamobrem cum ex corpore Martyris sumptæ reliquiæ in pluribus altaribus collocarentur, id effectum, ut plura unius ejusdem martyris sepulchra, atque Memoria dicerentur, proque numero altarium sepulchrorum numerus augeretur.

* HÆRETICORUM FALSI MARTYRES,

ET PSEUDOMARTYROLOGIA.

In sola Ecclesiâ Romana reperitur cum corona Martyrium, dixit enim Dominus: Qui non est mecum, contra me est. Unde Cyprianus aperte dicit, quod ab Ecclesiâ segregatus, & extra eam occisus, atque ab illius charitate divisus, coronari in motum non poterit: ad Antonian. epist. 52. edit. Pamel. Et ad Corin. Pap. ep. 54. Idcirco esse non potest ad martyrii, qui ab Ecclesiâ non armatur ad prelium. Et ad regnum pervenire non poterit, qui eam, quæ regnatura est, relinquit. De eodem argumento legitur Operatus cont. Parmen. Aug. cont. Donatistas. Non enim alios Martyres Ecclesiâ Christi recipit, nisi quos fide, ita & charitate novit esse probatos. Nam & in his multæ possunt sub-

* HIEROGLYPHICUM.

esse cause subeundi martyrium, quæ Deo displicent, quales A. crantillii, quorum meminit August. in Brevic. collat. disti 3. cap. 13.

Cum ergo hæretici viderent olim Dei Ecclesiâ Martyrum tropicis nobilitari, ipsi etiam Martyres habere affectarunt, & Martyrum gloriam, Actaque confinxerunt. Inter quos primi fuerunt Narcionitz, & Cataphryges, five Montanista, ut est locuples testis Apollinarius apud Eusebium l. 5. c. 15. Unde & posteriores debebant tempore persecutionis fingendum non esse. Quales autem fuerint illi martyres, unus Alexander Pseudomartyr docet: ut cuius facinora, & atrocina, pro quibus penas debitas luit, quæque in tabulis publicas relata sunt, commemorat Apollonius gravis auctor apud Euseb. lib. 5. disti. cap. 17. Ejusmodi Pseudomartyres erant Novatiani, in quos sæpe invehitur Cyprianus.

Habuerunt etiam suos Ariani, Priscillianista, & plures alii, quos recense longum foret. Novatores quoque nostri sæculi Martyrum in locum, & numerum redigunt, quos Principum sententia tanquam perduelles interiturbarum, quas in Belgio excitarunt, morte affecit, & velut membra putida à reliquo corpore Republica avulsit: eorumque indiculum contextunt, ut Catholicam tyrannidem pugionum animas instillent, & in B. pertinacia rotarent.

Mathesis.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Mathesis, *μάθησις*, vel *Mathema*, *μάθημα*, disciplina, à *μάθησις*, quod est discere, & docere significat. Mathematica dicuntur artes, quæ firmis demonstrationibus constant. Harum præter Mathematicas appellantur, qui Geometriam, Musicam, Arithmetica, & Astronomiam callent. Chaldaei, qui temporis successu à Astronomiam in Astrologiam divinatricem converterunt. Mathematicam tandem sunt nominati, atque tota illorum professio infamis habita est.

Falsò illi in quinque distincta genera divinationem suam Astrologiam diverserunt: quorum uno conversiones annuas, & mensura, altero mutationes aeris, tertio electiones, quarto prædictiones ex nativitate: ultimo resolutiones ad omnia quæ sita petrachant, explanatione longa judiciorum Astrologiarum, & canonum multiplicium, egressi limites physicos, vel superstitione, que sua per gentes mentes mortalium oppreferat, imbecillitatem hominum occupat: aut ambitione, C. vel spe quaestus.

* ENCOMIUM.

Describit illius encomium Ovid. Fast. 1.

Felices anime; quibus hæc cognoscere primis

Inque domus superas scandere cura fuit.

Credibile est illos pariter virisque, socisque.

Atque humanis exeruisse caput.

Nam Venus, & vinum sublimia pectora fregit.

Officiumque fori, militiæque labor.

Nec levis ambitio, persusaque gloria suco.

Magnarumque famæ sollicitavit opum.

Admovere oculis distantia sidera nostris:

Ethereque ingenio supposuere suo.

Sic petiit cælum, non ut ferat Ossan Olympus,

Summaque Pelicæ sidera tangat apex.

* APOPTHEGMATA.

Aristippus cum civibus suis navigans, naufragio eiectus in littore maris vidit figuras Mathematicas in arena depictas. Salva, inquit, res est, hominum vestigia conspicio. Voluit ostendere vir sapientissimus, eos demum esse homines, qui cognitione diversarum artium à cæteris animalibus differrent. Vitruvius lib. 6. de Architectura, l. 9. Eras. lib. 3. Apoph. Diogenes reprehendebat Mathematicos, quod solem, lunam, & stellas invenerunt, ea autem non viderent, quæ essent ante pedes. Laert. lib. 6. Apoph.

Ariston eos, qui encyclopediz, & mathematicis disciplinis vacarent, neglecta philosophia, similes dicebat esse proci Penelope, qui cum ipsa potius non possent, ancillis misciebantur. Stob. serm. 2. de Impudentia.

Hadrianum Romanorum Imperatorem ferunt ex Mathematicis pericia præcivisse futura, ac Varum non fore longævum dixisse ex Virgiliano carmine:

Offendent teris hunc tantum fata, neque ultra Esse sineat, &c.

Dion Cassius.

L. B. Theat. vit. Humana. Tom. V.

Per *Orygem* animal pictum, aut sculptum Mathematicum hominem Ægyptii intelligebant: siquidem illi, cum Sothen astrum illud suum, quam nos caniculam appellamus, magno cultu profecerunt: deque die, quo præcipue oriretur, solliciti admodum essent, animadvertunt, Orygem syderis ejus ortum sentire, atque etiam clamore edito significare, quasi vel ortum nuntiet, vel salutare jubeat. Pier. Valer. lib. 10. pag. 90.

MATHEMATICI IN GENERE.

Inventores, Doctores, Professores Mathematicarum in genere.

De Mathematicis hic in universum, quos nomine speciei etiam Geometras dicunt: de iis inquam, qui vel non in certa aliqua; vel certe in pluribus simul Mathematica speciebus sese exercuerunt. Sunt enim ita inter se cognata scientia Mathematica, ut facultates Organice: nec facili quis in una excellit, nisi in cæteris quoque sit versatus. Historiam successione mathematica disciplina breviter deducemus.

Adam sive divina revelatione, sive astrologia peritia, universalem rerum interitum prædixit: unum incendio, alterum diluvio. Ejus nepotes, Seth filii, per manus acceptam sapientiam excolentes, ne mathematicæ artes planè perirent, excitaverunt duas columnas: alteram lateritiam contra diluvia, alteram lapideam, contra incendia, & utrique sua inventa inscripserunt: ut si lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea superfluis hominibus discendi copiam faceret, teste Joseph. lib. 1. cap. 3. Antiqui, qui lapideam sua ætate adhuc in Syria extitisse scribit. Mathematici igitur ea in gente continuati, Abraham exiit, qui ex mundi hujus admiranda harmonia ad unius Dei cognitionem ascendens, ut Theologus summus, ita quoque Mathematicus fuit excellentissimus. At quia Chaldaei, & Mesopotamii, & Assyrii cæteri, contra ipsum movebantur religionis nomine, in Chananaam venit. Fame inde exactus, cum Ægyptii sacerdotibus congressus, magna apud Pharaonem Regem auctoritate, & gratia, mathematica illis communicavit: & sic & Chaldaea Mathematicum velut colonia in Ægyptum deducta est. Ager certe à Pharaone Ægyptis sacerdotibus in stipendium mathematicæ professionis assignatus esse, Genes. capite vigesimo primo, traditur. Apud Hebræos interrim, reverso in Chananaam Abraham, per successione quamdam divini patres: apud Ægyptios, sacerdotes mathematica sunt professi.

Thales Milefius, primus Græcorum, anno ante Christum circiter 584. in Ægyptum peregrinatus, Geometriam ad Græcos traduxit, contemplationem de lineis, quam prius Euphorbus Phryx inchoaverat, absolvit, & ad descriptionem trianguli, & circuli læticia clarus, bovem immolavit. Pyramides Ægyptias dimensus est ex proportionem utrumbarum. Circa æquinoctia, solstitia quadam observavit, item de urfa minore, teste Laertio, Callimacho, & Eudemo. Solis eclipsin primus prædixit, auctore Hippia, & Arist. Primus alia *μάθησις* alia *ἀστρολογία* explicavit. Successit huic Ameristhus, vel Mamericus vel Mamerinus frater Stephani Poeta, summus in Geometria, nullum tamen illius inventum narratur. Pythagoras verò Samius familiam Mathematicorum ingentem exultit, circa Arithmetica plurimum elaboravit, Geometriam ad summum produxit, teste Laertio. Thales imitator cum in aliis, tum in hecatombe Musis ob inventionem novam inveniendam, ut Laert. *ἀστρολογία* lib. 10. cap. 3. testatur. Astrologica prognostica reliquit varia. Mathematicum in astris deprehendit, & ad mitigandos animi affectus tradidit, Primus mathematicæ ludum aperuit, & mathematica *ἀστρολογία* *μάθησις* consideravit.

Hunc secuti Anaxagoras Clazomenius, & Zenopides Chius, quorum Plato in Amatoribus meminit: & Xenodorus Oenopidis discipulus: magis nomine, quam monumentis clari.

Anaximander Milefius, primus horoscopia fabricatus est, primus terra, marisque circuitus descripsit, & sphæram construxit, Olymp. 58. Laert.

Hippocrates Chius, teste Philopono in primis Physicorum, mercator, cum in Piræarum navim incidisset, Athenas venerat prædones accusandi gratia: & cum diu Athenis persequendi criminis causa motaretur, accessit ad philosophos,

phos, quorum consuetudine tantum in Geometria proficit, ut duas res in Geometria maximas tentari, valdeque promoveri, *περὶ παραβάσεως*, quadraturam circuli, & duplicationem cubi. Circuli quidem quadraturam non invenit, sed cum quadraret lunulam, falso arbitratus est, ex hac circulum quadrari. Nam ex lunula quadrata circulum quadratum esse arbitratur. Omnium mortalium in diagrammatis solertissimus fuit, sicuti postea Cratylus, Proclo teste, qui sine arte, solo natura acumine promptè quodvis problema dijudicabat. Cæterum Hippocrates primus *εὐκλείδους*, & elementorum scriptor dicitur, qui cuncta composuit, & formavit: ut primus mathematicæ patens videri possit.

Bifonius quadraturam Arif. primò Post. & primò Elenchorum, Antiphonitem in primò Physicorum reprehendit, ut sophisticam.

Democritus Abderitis de Geometria, de lineis irrationalibus, & solidis, de Astronomia, Comographia, & aëniographia, de sideribus vagis, de musica scripsit.

Theodorus Cyrenæus Platonis in mathematis magister. Plato in Theaeteto.

Plato, mathematicorum omnium veluti Homerus, à Pythagoreis in Italia, à sacerdotibus in Ægypto mathematica inventa hausit, excoluit. Primus mathemata nominavit *σοφία*, tanquam principia, & rudimenta. Primus inchoavit sectiones conicas, & cylindricas: modum demonstrationis per analysin invenit, teste Proclo, & Laertio. Geometriam mirè amplificavit sic, ut Academiæ quoque suæ inferberet, *ὡς αἰὲς ἀναμύσητος δεινῶς*, quod tamen ad iustitiam è Geometrica proportio, Tæzes, nimis allegoricè retulit.

Leodamas Thasius à Plato dicit Analyticos modum, cujus beneficio multa in Geometria invenit, teste Laert. & Proclo: & theoremata *εἰς ἑξήκοντα ἑπτά εὐκλείδους* adduxit.

Archytas Tarentinus, Platonis post Theodorum magister, vel certè focius, tum alia tum imprimis cubi duplicationem scripsit. Primus mechanicam, mathematicis principis usus, artificiosè tractavit. Ligna illius columba volans à Gellio prædicatur.

Theætetus Atheniensis, de cuius nomine Plato dialogum inscripsit.

Neocles Leonte discipulo celebris, qui Leo modum invenit, quo problema statueretur possibile, vel impossibile, Mathematica universè elementa conscripsit, eaque ad usum adaptavit. Ergo tertius Doctor, & magister fuit post Pythagoram, & Hippocratem: secundus ab Hippocrate *εὐκλείδους*, qui Mathematicam fecit *ἐπιμαθητικήν*, hoc est, multitudine, & usu accuratorem.

Eudoxus Gnidius, in arithmetis magnus, generalia theoremata amplificavit, totum in elementis quintum librum de analogis invenit, doctrinam sectionum à Platone inchoatam auarit, astrologicas hypothèses revolventium sphaerarum primus reperit, contra Chaldaeorum prædictiones de natali die disseruit, teste Cic. Traduxit & iste mathematicas meditationes ad usum mechanicum, sicuti Archytas: & propterea à Platone reprehensi sunt, quòd philosophiam quodam modo prostituerent viderentur.

Amyclas Heraclotes Platonis familiaris, & Menechmus Eudoxi discipulus, Platonis usus consuetudine, cum fratre Dionostrato perfectiorem reddidere Geometriam. Menechmus sectiones conicas reperit.

Theudius elementa conscripsit, & è peculiaribus veterum inventis pleraque fecit universaliora: Pythagoræ, Hippocratis, Leontisque *εὐκλείδους*, correcta. Ergo hic tertius *εὐκλείδους* est, qui mathematicam *καθολικωτέραν* fecerit.

Helicon Cyzicenus, Dionysio minori Solis eclipsim prædicens, in magna fuit admiratione: talentoque ab eo donatus est. Plat. in Diono.

Hermotimus Colophonius, quattuor *εὐκλείδους*, elementa multa reperit, veterumque inventa fecit ampliora.

Philippus Mendæus, Platonis discipulus, explicavit omnia Platonis philosophiæ conducentia: quem etiam laborem postea Theon Smyrnæus suscepit. *Alex. Approbatio in Meteoris* teste, comperit opticum illud admirabile iridis, quòd insectæ fugiat, fugientes insequatur.

Xenocrates scripsit de numeris, de Geometria, de astrologia.

Aristoteles condiscipulus Xenocratis, mathematica, mechanica, optica, musica scripsit: in eo laudandus, quòd spreto auctoritate Platonis præceptoris, ad usum revocavit mathematica in mechanicis, & opticis. Sicuti ergo Hippocrati,

Leoni, Theugio, Hermotimo *εὐκλείδους*, sive præceptorum cognitio accepta est referenda: ita Archyta, Eudoxo, Aristotele ipsa exercitatio, sive usus.

Eudemus, & Theophrastus discipuli Aristotelis. Hic de numeris, de historia Geometrica, de lineis indivisibilibus scripsit: ille verò historiam Geometricam, & in Archimedem, teste Laert. & Proclo.

Euclides Megarensis Ptolemæo primo familiaris. *Valer. Max. lib. 8. c. 13.* conductores sacre arte de publicando cubo à Platone ad Euclidem delegatos contra Procli auctoritate testatur. Collegit elementa, pleraque in iis Eudoxi composuit, pleraque Theateti perfecit, aliaque demonstrationibus exactius confirmavit, *εὐκλείδους*, ergo quintus hic est, non inventione, sed dispositione cæteris excellentior. Optica, catoptrica, musica, de divisionibus scripsit.

Eratosthenes Cyrenæus centum annis post, ob excellentiam doctrinæ minor Plato dictus, regis bibliotheca Ptolemæorum præfectus, duplicandi cubi artificium fumus: qua duplicatione inventa, tabulam præclarè inventi interpretem, & nunciam, in templo Deorum consecravit.

Archimedes Syracusanus, in quo ideam matheseos, si aliqua potest esse, consistere jure videmur, inventione, & Fjudicio summus, methodo tamen docendi perobscuro: Arithmetica, & Geometrica scripsit, in qua præcipuus labor, maximèque gratus fuit de ratione sphaeræ, & cylindri, eaque propter per amicos sepulchro suo imponi curavit cylindrum sphaeræ comprehensum, præscripta ratione comprehendens ad comprehendendum, tanquam id Geometricarum inventionum palmarium esset, teste Cic. in 5. *Tuscul.* Unus Romanis Syracusanus oppugnantibus obtulit suis machinis, teste Polybio, Plat. in *Marcelli. Livio. Plinio. Quintil. lib. 1. c. 10.* Atque ut in Mechanicis summus, ita Platonis perfusione nec ullam mechanicam literam tradere voluit, teste *Plut. Carpus. Antiochenus apud Pappum lib. 8. nil nisi librum de compositione sphaeræ ab Archimede editum, cætera mechanica velut indigna contempta scribit. Vitruvius tamen lib. 8. cap. 7.* Archimedem inter machinationum scriptores connumerat, de liberationibus aquæ, cujus schema sphaeroides videatur Archimedi. Pappus meminit libri de his, quæ vehuntur aqua, item *σφαιροί. Tæzes* multa alia à se hæc commemorat, & Plutarchum simul, & Carpum deridet.

Theon & Maurolycus Archimedis libros de speculis comburentibus citant, quorum forma fit parabola. Scripsit de numero arenæ, quoticumque iter de dimensionibus corporum per umbras, fabricam sphaeræ, sphaeras, angulosque ad Solis magnitudinem visum deprehendendam: quæ ad Macellum in arcu deferretur, quo tempore interempus est, Planetarum motus in sphaeram alligavit, teste *Cicerone in prima Tusculan.* quam Claudianus vitream fecit. Permissi cum auro argenti furtum ingeniosè deprehendit, teste *Proclo lib. 2. cap. 3. & Vitruvio lib. 9. cap. 5.* Expugnatis à Marcello Syraculis, à milite quodam per imprudenciam occisus fuit, intentus formis, quas in pulvere descriperat, quamvis dixisset Marcellus; ut Archimedes servaretur. *Plin. lib. 7. cap. 37. Plut. & Livius.*

Geminus Geometrica, enarrat. lib. 6. scripsit; cujus iudicium aliquando Proclus Euclidis iudicio præponit. Præcipue circa curvarum linearum species elaboravit, demonstravitque omnium linearum tres tantum species esse similes, rectam, circularem, cylindricam. Prima illius laus fuit, è particularibus elementis universalia facere.

Perfusus idem argumentum aggressus de curvis lineis, tres illas species, Parabolam, hyperbolam, ellipsin invenit, lætitiæque gestiens, Deos placavit.

Menclaus Alexandrinus, Miletus ab Arabibus dictus, post Hipparchum flex de subtenis libris scripsit, sphaericæ tribus libris.

Ptolemæus Alexandrinus edidit de cælestibus rebus volumina, omnium superiorum etatum, sedarumque bibliothecam quandam, via, & arte commodiorè definitam, & distributam, continentia. Hipparchi libris XII. Menelai vi. de subtenis, quinque theorematibus contraxit Astrologiam, Ægyptiam, Græcam, Latinam, Casaris imperio subdactam complexus est pari compendio. Quadripartitum, musica apotelesmata, itinerarium stellarum, planisphaerium, analemma, geographiæ, nobilis ingenii totidem decora sunt.

Proclus eximus mathematicus libris xv. in Euclidem de Sphaera, de Hypothecibus astronomice scripsit. Ab hoc diversus Proclus mechanicus, qui urentibus speculis apud Byzantium, classem Saracenorum delevit, teste *Zonara.*

Theon

Theon Alexandrinus Euclidem longissimè superavit, & *εὐκλείδους* septimus fuit. Mathematica elementa, quæ vulgò Euclidis tribuuntur, videtur Theoni tribuenda. Quartò ferè post Christum seculo floruit, Euclidis *εὐκλείδους* iustulit. Astrologiam Ptolemæo confirmavit. Videtur ejusdem esse optica, *εὐκλείδους*, & *διδάσκων*. Hi ergo à veteribus dissimili genere laudabiles Mathematici. Hippocrates, Leo, Theudius, Hermotimus, Euclides, Theon, *εὐκλείδους* primum laudis fructum ferent. Nobilitate, & amplitudine Pythagoras, Plato, Aristoteles secundum. Usus, & exercitio Archytas, Eudoxus, Eratosthenes, & imprimis Archimedes tertium. *Hæc Petrus Ram. lib. 1. Prologii Mathematici.*

Mercurius quatuor invenisse dicitur, Literas, Musicam, Geometriam, & Palæstram. Eapropter status ejus, quas Hermetus dicitur in comitis, & gymnasis olim infernè in quadrum delineantes fingebant, superè hominis effigie, manibus tamen, pedibusque truncas. Unde Cyllenium Festus, quasi *εὐκλείδους*, id est, truncatum, atque mancum appellari ait. *Homero enarrator. & Brodæus in 1. Epigram.*

Theuth dæmon quidam Ægyptius, numeros, supputationem, Geometriam, talos & aleam invenit. *Plato in Phædro. Col. lib. 22. cap. 25.*

Safochis, secundum Ægyptorum legislator, Geometriæ, inventor, incolis Astorum cursus ostendisse dicitur. *Diod. lib. 2. de Rebus antiquis.*

Aclepiodorus Alexandrinus, vir singulari fuit ingenio ad omnia Mathematica: item ad inquisitionem, cognitionemque lapidum, & herbarum. *Suidas.*

Campanus primus inter neoeticos, circa Salutis annum 1001. Glossemata in Euclidem fecit, nonnullaque in astrologia composuit. *Volat. lib. 11. Antitrop.*

JUDICIUM MATHEMATICUM.
IN GENERE.

Socrates Geometriam eò usque descendam ajebat, donec quis posse, si usus ita ferat, terram vel recta metiendi ratione accipere, vel tradere, vel distribuere, vel opus definitionem m' advertert, is è seire posse quanta sit ipsa terra, & cognita metiendi ratione discedat. Verum in Geometria ad descriptiones usque intellectus difficiles discendo progredi, planè improbat. Nec enim, quid res usus habent, videri se dicebat: (atqui curam minime rudis erat) posse verò ajebat eas omnem hominis vitam occupare, ac alias multas, utilesque discipulis impedit. Hortabatur etiam, ut in astronomia doctrina se exerceret eò usque, dum è noctis, & navigationis, tum excubiatarum causas, aliarumque rerum, quæcumque vel per nossem, vel in mente, vel in anno geruntur, ut ad ea signis uti possent, quibus illorum, quæ commemoravimus, tempora dignoscere. Atque hæc ajebat disci facile ab his posse, qui noctu ferat venantur, & à navium gubernatoribus, à aliisque multis, quibus, ut hæc sciant, curæ est. At verò in Astronomia discenda eò progredi, dum illa cognoscantur, quæ in eodem sunt ambitu, & errantia, vagaque sidera, & ipsorum à terra intervalla, & circuitus, eorumque causas inquirentes diu macerare: id verò ne faceret, vehementer dehortabatur. Nam in his quidem ullam se utilitatem videre dicebat, quanquam eorum rudis non esset, atque etiam addebat, in his quoque vitam hominis universam contineri posse, multaque, & utiles res impediti: Denique in universum dehortabatur, ne quis studium, & operam in res cælestes impenderet, quo pacto scilicet Deus omnia molitur. Nec enim illa posse ab hominibus investigari putabat, nec Diis eum gratificari arbitrabatur, qui quæ illi manifestata esse nolissent, inquireret.

Addebat, esse periculum, ne, qui rebus his pervestigandis occuparetur, ad insaniam nihilominus, quam Amasagoras redigeretur: qui maxime fuisset clatus, propterea quòd Deorum machinas enarrabat: Nimirum ille dum ait ignem ac solem idem esse, ignora bat, ut inveni non possint: quòdque illi qui à sole collustrantur, colore redduntur nigriores, cum id ab igne non fiat. Ignorabat etiam, quòd nihil eorū, quæ in terra nascuntur, absque Solis splendore posse augere, cum omnia, quæ ab igne calefunt, corrumpantur. Idem cum Solem esse lapidem ignitum diceret, etiam ignora bat, lapidem, qui fit in igne, neque lucere, neque diu pedurare: cum Sol per omne tempus rebus omnibus splendidior maneat. Hortabatur etiam, ut

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

numerandi rationem dicerent, & in hæc consimiliter monebat, ut ab inani occupatione sibi caverent: atque ad eum ipse hæc eò usque pervestigabat, dum esset utilis, tum una cum familiaribus disquirebat. *Xenoph. lib. 4.*

Aristippus Socraticus, ut est apud *Vitruvium in proem. 6.* naufragio facto cum ejectus ad Rhodiensium litus animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim veltigia video.

Ptolemæus Ægypti Rex Euclidem aliquando interrogasse fertur, num qua ad Geometriam via magis compendiosa esset, quam *εὐκλείδους* ab eo composita. Cui Euclides: Semita, (inquit) o Rex, ad Geometriam regia nulla est. Quo responso videtur significasse, viam elementorum à se compositorum esse latam, apertam, simplicem, directam, & tanquam militarem, ideoque regiam esse: semitam autem breviorum esse, lubricam & ancipitem, neque ideo regiam. *P. Ramus lib. 1. proemii Mathem. ex Proclo.*

MATHEMATICA CERTAMINA.
IN GENERE.

Archytas & Eudoxus, ait *Plutarch. in Marcello*, Mathematicas contemplationes ab animo, & rebus in mentis intelligentiam tantum cadentibus, ad rerum sensibilibus, & corporum exempla traduxerunt, Geometriam exornantes varietate demonstrationis non solum logicæ, sed etiam practicæ, & usum omnino Geometriæ in vita permagnum esse docuerunt. *Olympech. de mathematicis* hæc Geometriæ facultas dicta est, machinalis, & instrumentaria. Verum indignatus Plato, quòd nobilissimam philosophorum possessionem in vulgus indicarent, ac publicarent, & velut arcana philosophiæ mysteria proderent, utrumque ab instituto deterruit. In eadem hæresi fuit Archimedes. Quod tamen consilium *P. Ramus in proemio Mathematicarum* refellit.

Petrus Ramus, Decanus professorum regii Collegii Parisiensis, animadvertens in Rege Carol. IX. designatum esse professorem Mathematicarum Dampetram quandam Siculum, nullo doctrinæ nomine, nulla eruditionis fama notum, immò, cum ad prælegendum accessisset, auditorio perridiculum: Parisiensem curiam de fraude, quæ Reipubl. fieret, edocuit, & rogavit ut is, qui se factum professorem diceret, examinaretur. Quod à Senatu decretum, Regi quoque ratum, ac probatum est. At Siculus suæ conscius ignorantia, uti examinem discessit suo anteverit, ita fructum aliquem, professionis jure alteri vendito secum abstulit. Ex malis moribus non lazes, inquit ille. Quamobrem ut in posterum dignitas professionum regiarum, doctissimis tantam, maximeque idoneis mandaretur, de consilii sententia, deliberatione certè, regia auctoritate, vocationem Regiæ professionis, ejuſcun- que, vel lingue, vel scientiæ, per omnes celebres academias, scholasque promulgari, omnesque, qui prælationem, & disputationem à Decano, & reliquis professoribus propositam subire vellent, ad examen admitti decretum: ut ex omnibus qui prælegissent, disputassent, de quibus à Decano, & professoribus renunciatum foret, potestas regi esset optandi, legitimeque designandi probatum maxime, maximeque idoneum. *Diplomatis regii formulam proemio Mathematicarum. P. Ram. præfixit.*

MATHEMATICÆ USUS.
IN GENERE.

Mathematis singulis, ait Socrates, instrumentum quoddam animæ, cæterarum alioqui disciplinarum studiis corruptum, & obsecratum, tum expurgatur, tum recreatur, quòd H diligentiis, & accuratius servandum sit, quam decem oculorum millia. Hyperbole Platonica, inquit. Sanè, & tamen vera. Nec non Argus ille, qui fingitur à poetis, decem corporum oculorum millibus tam acutè, tamque latè unquam cerneret, quam his duobus Arithmeticæ, & Geometriæ laminibus cernitur. *P. Ramus lib. 2. proemii Mathem.*

Quantum Physicis rebus Mathematica lumen adferat, Timæus Platonis, & Physica Aristotelis maximo argumento sunt. In Timæo Platonis Deus mundi animæ rationibus arithmeticis, & proportionibus componit: deinde corpus Geometricis figuris architectatur. Physica itaque Platonis è numeris, & lineamentis arithmetica, & Geometrica, id est, mathematica est, neque *αἰσθητοῦ* cognoscibilis: Aristot. verò tota de motu, & quiete, de tempore, eoque, de animalium ortu, progressu, historia, totaque omnino Physica, non solum exemplis, sed fundamentis mathematica est. *Mem.*

V. 2 Platonis

Platonis politia Mathematicum leorem usque adeo re- A quirit, ut Philippus Mendaus, ut Theon etiam (five Alexandrinus, five Smyrneus, ut quidam arbitrantur) libro ad eam rem separato Mathematicos Platonicæ Philosophiæ locos interpretandos sibi proposuerint. Aristotelis autem de principe virtutum iustitia in Ethicis liber Mathematicus omnino est. Idem.

Theologia paganorum Mathematicis velamentis tota in- voluta est. In Theologia Christiana Deus creat omnia in nu- mero, pondere, mensura, id est, ad regulam Arithmetica, Geometricam, Ifforipicam. Cum Deus immensitatis aeternae spatia definire staretur, Geometria imprimis usus est, qua longitudinem, latitudinem, profundum spatia terminaret, omniumque symmetriam, rationem, proportionem, similitu- dinem discerneret, quæ aciem levitate sublimem tolleret, aquam, terramque pondere deprimeret: quæ denique cœlestes globos ita tornaret, ut ad conversionis motum nihil rotundius efferri, nihil aptius expoliri possit. Itaque mundi architectus ille summus in fabricando, machinandoque universitatis opif- icio Geometriam imprimis adhibuit, neque Plato quicquam magnificentius loquutus est, cum dixit, Deum *μαθηματικὴν τέχνην* habere. Hujus usus tam late fufus est, ut multarum artium, B non unus esse videatur. Nam dum regit astrorum fines, Nili inundationibus obrutus, dum spacioum, locorumque om- nium longitudines, latitudines, altitudines metitur, Geome- tria vulgo, & Geodasia dicta est (ut *Diodorus lib. 1. cap. 6. Is Herodotus*, docent.) dum vicorum, & oppidorum vias, adifi- ciatque describit, Architedura appellatur: dum turres am- bulatorias, mœculos, vineas, arietes machinatur, & *τοξολογική*, & *πλοιοπηλαγική* *παρασκευή* nuncupatur: dum instruit aciem cœlestium, quadratam, rotundam, nominata est *αστρονομία*. Hæc enim compluraque alia Geometricorum operum voca- bula sunt, solumque Geometriae facultatem significant: Itaque Geometricis istis laudibus clarissimi Geometriæ perhibentur Archytas Tarentinus, bellator ipse præclarus, & quinquies prælio victor: Archimedes Syracusanus, adversus Roma- num exercitum pro sua civitate propugnator mirificus: Eu- doxius Gnidius, atque innumerabiles alii, quorum artes Ale- xandro, Hannibali, Casari, cæterisque magnis duobus, alie- næ gloriæ artifices fuerunt. P. Ramus orat. de sua profess.

Mathematica usum facit Proclus geminum alterum theo- riticum, alterum prædicum. Theoricus gradum facit ad reli- quas disciplinasunde *μαθηματικὴ ἀπὸ τῆς μαθησιακῆς*, dicta est, aliis faciendi a sensibus ad intellectum abstrahere. Eaproptet in Timæo Mathematica dicitur *ἢ τῆς μαθησιακῆς ἰδέας*, ad erudi- tionem viæ, ut qui Mathematicam didicerit, possit reliquas artes facili perdiscere. Pythagoræ fortassis imitatione, qui in- firmum ordinem gymnasi Mathematicorum fecit, & *μαθηματικὴν σχολήν* nominavit. Et quidem totum hoc genus sensibus abdu- ctum Plato suis verbis appellat, *ἐπιπέδων, ἀνακλιθῶν, παραλλήλων, ἀθροιστικῶν, μέτρων παρακλιθῶν, ποσειδων, ἀθροιστικῶν, ἀθροιστικῶν, ἀθροιστικῶν, ἀθροιστικῶν*. Aristoteles verò *Ἐπιπέδων* id est, ejusmodi ut alliciat, impellat, excite- rit, erigat, convertat, abstrahat, intelligentiam, ratiocinatio- nem, contemplationem, veritatem: quod quidem est & im- primis logicum. Ex omnibus enim artibus mathesis una præci- pe verè studiosa, præcipueque logica fuit: neque personarum, quamlibet probabilium, aut probatarum auctoritate, sed ar- gumentorum necessitate judicat, cogite animum in rebus ipsis attentum esse: neque ulla unquam schola severiorem logicam, quam mathematica tenuit. Hinc tamen *ἐπιπέδων* phantasticam Pythagoræ quidam, & Platonicæ degeneres fa- bulati sunt, quam *Aristot. lib. 13. Metaphys. cap. 2. § 3. la- befacta*. Prædicus verò usus, & utilis, & evidentia sua commendatur, & in mechanicis potissimum spectatur.

Theologo filio Hippocrates præcipit, ut Arithmetica, & Geometriam non solum ad splendorem vitæ, sed ad Medicinæ usum studiosè perdiscat: Arithmetica quidem ad morbo- rum periodos, crises: Geometriam verò ad membrorum si- tum, luxationemque cognoscendam.

Pharao Ægyptiorum Rex Sacerdotibus in stipendium Mathematicæ professionis agros assignavit.

Erudiunt Sacerdotes Ægyptiorum suos filios, & literis, quæ appellantur sacræ, & aliis, quæ ad communem spectant

doctrinam, ut plurimum verò Geometriæ, Arithmeticeque studio intenti. Fluvius enim qui singulis annis propter inun- dationem varias agrorum formas superinducit, magnas con- tentiones inter vicinos de finibus agrorum excitat: quæ abque Geometriæ adminiculo haud facile componi possent. Arithme- tica verò & vitæ domesticæ est utilis, & ad Geometriam, at- que Astrologiam maximè confert. *Diod. lib. 1. cap. 6.*

Platonis Academia inscriptum erat, *ἰδέα ἀγνοῦντα πᾶσι διδ- ασκῶ*. Neque id mirum. Olim namque mathematica pueris pro- ponebantur, ut in iis se exercendo ad altiora studia sibi patefacerent aditum, eam ob causam mathematata ἀπὸ τῆς μαθησιακῆς dicta fuerit. Quod igitur in facris fieri solebat olim, ut initiatis tantum *ἰδέα ἀγνοῦντα πᾶσι*, communicarentur, il- lud idem in philosophia quoque fiebat. Ipse certè ex ea scien- tia, secreta quædam libris suis à paucis comprehensa aperuit. In Timæo vel ex sua, vel ex Pythagoræ sententia, ani- mam ex numeris constare asserit: elementa verò ex figuris. Igni pyramidem, aeri octaedron, aquæ icosaedron, terra cubum tribuit.

Plato Eudoxo, Archyta, Menachemque vertit vitio, quòd ad organa mechanica solidi duplicationem advocare con- tenderent: quoniam sic Geometriæ bonum periret, denuò ad sen- sum relaberent, nec asserentes, vindicantique sibi æternas, in- corporeasque substantias: in quibus cum sit Deus, perpetuò Deus est. *Calpurnius lib. 7. cap. 30. Ant. Lib. ex Plat. Marcello.*

Xenocrates Chalcedonius, Platonis auditor, cuidam, qui Mathematicorum imperitium solum dum frequentare cupie- bat: Abi, inquit: ansis enim, & adminiculis philosophiæ cares. Alii sic dixisse ferunt: Apud me velleria ista non in- guntur, *ἰσὸς παρὰ τοῦ κῆρτος ἀνακλιθῆναι*. *Laert. lib. 4.* Aristoteles Stagiritis & quia Platonis discipulus, & qua natura miraculum, cum in omnibus aliis, tum etiam in ma- thematicis disciplinis excelluit. Testatur hoc plurimi libri, in quibus mathematicas demonstrationes frequenter adhibet. Scripsit quoque de Divisibilitibus, item Mathematicum. *Laert. lib. 5. Idem Calisthenem*, quem suo loco Alexandro Magno Asiæ petenti comitem adpunerat, monuit, ut si creperet Babylonem, Astrologum Chalcedonem ad Græcos mitteretur. Et certè constat, observationes Babylonis annorum 3902, ad Aristotelem à Callisthene missas. P. Ramus lib. 1. *proemii Mathem.*

Archimedes Syracusanus voluptate incredibili mathemata tractavit. Quin etiam moriens amicos, & necessarios orasse fertur, ut cylindrum sphaera comprehensum sepulchro suo imponerent, ut inscriberent ex contenti fundamento ad con- tentum, quam excessus proportio. *Plut. in vita Mar- celli*. Usque adeò vel in ipso agone Mathematici exercitii re- cordatione delectabatur.

Carolus Magnus Cosmographiam, & descriptionem orbis terrarum in mensa argentea celatam habuit. Musica, & astro- rum disciplina plurimum operæ navavit: abaco exercitiosissi- mus, cœli, siderumque meatus, atque naturam curiosis simè rimatus est. *Avent. lib. 4. annal. Boiorum.*

Nulla in gente tam multas Mathematici studii scholas peries publicis stipendiis ornatas, quam in Germania: causa- que una videtur esse, subterranea illa Platonis regna: quòd maxima principibus, & liberis civitatibus pendatur tributa è fodinis auri, argenticque, & cæterorum metallorum, quæ Geo- metrico innumerabile machinarum artificio præcipue sus- tineantur, ac faciuntur. Ergo Germanicus ille Pluto Geometricis manibus divitias suas Germaniæ effudit, atque eruit. P. Ramus lib. 2. *proemii Mathem.*

Illud de Civitate Norimbegenfi singulare est, atque apud omnes civitates prædicandum, stipendium dare de publico mathematicum professore: non ei solum, qui doctus, & erudi- tis prælegat, sed ei quoque, qui vernacula lingua Latinæ Græcæque ignaros opifices erudit. Hinc etiam nobiles sine literis artifices: immò Mathematica disciplina etiam apud posteros Doctores. Hinc Albertus Durerus pictor, quin fit qui mechanicorum operum artifices non ignavia, aut culpa, sed ad- versa valitudine, aut fortuna in egestatem incidit, opera ferè miseris, atque afflictos sublevare Norimbegenfes con- sueverunt. P. Ramus lib. 2. *proem. Mathem.*

MATHEMATIUM CULTUS
IN GENSERE.

STUDIUM, ADMIRATIO, HONORES,
PRÆMIA.

Pharao Ægyptiorum Rex Sacerdotibus in stipendium Mathematicæ professionis agros assignavit.

Erudiunt Sacerdotes Ægyptiorum suos filios, & literis, quæ appellantur sacræ, & aliis, quæ ad communem spectant

doctrinam, ut plurimum verò Geometriæ, Arithmeticeque studio intenti. Fluvius enim qui singulis annis propter inun- dationem varias agrorum formas superinducit, magnas con- tentiones inter vicinos de finibus agrorum excitat: quæ abque Geometriæ adminiculo haud facile componi possent. Arithme- tica verò & vitæ domesticæ est utilis, & ad Geometriam, at- que Astrologiam maximè confert. *Diod. lib. 1. cap. 6.*

Platonis Academia inscriptum erat, *ἰδέα ἀγνοῦντα πᾶσι διδ- ασκῶ*. Neque id mirum. Olim namque mathematica pueris pro- ponebantur, ut in iis se exercendo ad altiora studia sibi patefacerent aditum, eam ob causam mathematata ἀπὸ τῆς μαθησιακῆς dicta fuerit. Quod igitur in facris fieri solebat olim, ut initiatis tantum *ἰδέα ἀγνοῦντα πᾶσι*, communicarentur, il- lud idem in philosophia quoque fiebat. Ipse certè ex ea scien- tia, secreta quædam libris suis à paucis comprehensa aperuit. In Timæo vel ex sua, vel ex Pythagoræ sententia, ani- mam ex numeris constare asserit: elementa verò ex figuris. Igni pyramidem, aeri octaedron, aquæ icosaedron, terra cubum tribuit.

Plato Eudoxo, Archyta, Menachemque vertit vitio, quòd ad organa mechanica solidi duplicationem advocare con- tenderent: quoniam sic Geometriæ bonum periret, denuò ad sen- sum relaberent, nec asserentes, vindicantique sibi æternas, in- corporeasque substantias: in quibus cum sit Deus, perpetuò Deus est. *Calpurnius lib. 7. cap. 30. Ant. Lib. ex Plat. Marcello.*

Xenocrates Chalcedonius, Platonis auditor, cuidam, qui Mathematicorum imperitium solum dum frequentare cupie- bat: Abi, inquit: ansis enim, & adminiculis philosophiæ cares. Alii sic dixisse ferunt: Apud me velleria ista non in- guntur, *ἰσὸς παρὰ τοῦ κῆρτος ἀνακλιθῆναι*. *Laert. lib. 4.* Aristoteles Stagiritis & quia Platonis discipulus, & qua natura miraculum, cum in omnibus aliis, tum etiam in ma- thematicis disciplinis excelluit. Testatur hoc plurimi libri, in quibus mathematicas demonstrationes frequenter adhibet. Scripsit quoque de Divisibilitibus, item Mathematicum. *Laert. lib. 5. Idem Calisthenem*, quem suo loco Alexandro Magno Asiæ petenti comitem adpunerat, monuit, ut si creperet Babylonem, Astrologum Chalcedonem ad Græcos mitteretur. Et certè constat, observationes Babylonis annorum 3902, ad Aristotelem à Callisthene missas. P. Ramus lib. 1. *proemii Mathem.*

Archimedes Syracusanus voluptate incredibili mathemata tractavit. Quin etiam moriens amicos, & necessarios orasse fertur, ut cylindrum sphaera comprehensum sepulchro suo imponerent, ut inscriberent ex contenti fundamento ad con- tentum, quam excessus proportio. *Plut. in vita Mar- celli*. Usque adeò vel in ipso agone Mathematici exercitii re- cordatione delectabatur.

Carolus Magnus Cosmographiam, & descriptionem orbis terrarum in mensa argentea celatam habuit. Musica, & astro- rum disciplina plurimum operæ navavit: abaco exercitiosissi- mus, cœli, siderumque meatus, atque naturam curiosis simè rimatus est. *Avent. lib. 4. annal. Boiorum.*

Nulla in gente tam multas Mathematici studii scholas peries publicis stipendiis ornatas, quam in Germania: causa- que una videtur esse, subterranea illa Platonis regna: quòd maxima principibus, & liberis civitatibus pendatur tributa è fodinis auri, argenticque, & cæterorum metallorum, quæ Geo- metrico innumerabile machinarum artificio præcipue sus- tineantur, ac faciuntur. Ergo Germanicus ille Pluto Geometricis manibus divitias suas Germaniæ effudit, atque eruit. P. Ramus lib. 2. *proemii Mathem.*

Illud de Civitate Norimbegenfi singulare est, atque apud omnes civitates prædicandum, stipendium dare de publico mathematicum professore: non ei solum, qui doctus, & erudi- tis prælegat, sed ei quoque, qui vernacula lingua Latinæ Græcæque ignaros opifices erudit. Hinc etiam nobiles sine literis artifices: immò Mathematica disciplina etiam apud posteros Doctores. Hinc Albertus Durerus pictor, quin fit qui mechanicorum operum artifices non ignavia, aut culpa, sed ad- versa valitudine, aut fortuna in egestatem incidit, opera ferè miseris, atque afflictos sublevare Norimbegenfes con- sueverunt. P. Ramus lib. 2. *proem. Mathem.*

MATHEMATIUM CULTUS
IN GENSERE.

STUDIUM, ADMIRATIO, HONORES,
PRÆMIA.

Pharao Ægyptiorum Rex Sacerdotibus in stipendium Mathematicæ professionis agros assignavit.

Erudiunt Sacerdotes Ægyptiorum suos filios, & literis, quæ appellantur sacræ, & aliis, quæ ad communem spectant

ODIUM, CONTEMPTUS,
Neglectus.

Bion Borystenes Musicum, & Geometriam pro ludo ha- buit. *Laert. lib. 4.*

Aristippus,

DISPUTATIONES, ET CERTAMINA
MATHEMATICA.

Aristippus, ut est *3. Metaph. Arist.* i. mathematicas artes ca- A villabatur, quòd nullam haberent demonstrationem boni, id est, utilitatis, ut Syrianus interpretatur. Quòd iudicium totæ Epicureorum familia secuta sunt. Quin Epicurus ipse cum il- la Platonis, & Aristotelis non solum ornamenta, sed mathe- mata contemneret, Polyzenum familiarium suum Geometriam dedocuit, omnemque liberalibus illis artibus eruditus contu- meliosè vexavit, ut *Tullius lib. 4. Acad. quest.*

Apellem quandam, qui cum in admiratione habent, & pro- tegunt, scribunt, quòd à disciplinis mathematicis se à prima ætate abstinerit, purum se ipsum conservasse. *Plutar. contra Epicuri sententiam.*

MATHEMATI IN SPECIE,
INVENTORES.

Pythagoras Samius Geometriam perfecit, cum antè Meris initia elementorum ejus invenisset, teste Antielide. Idem Pythagoras cum trianguli rectanguli fidectum latus, lateribus continentibus æquivalere reperisset, lymphatici more in publicum proflavit, & *ἔκαστα ὄψωνα* alta voce pra- digulo exclamavit, Musique hecatomben fecit. *Laert. lib. 8.*

Thales Milefus, primus circuli triangulum aequalibus lateribus descripsisse fertur, eoque invento bovem immo- lassit: quamvis Apollodoros hoc Pythagoræ tribuat: Scalenum quoque, & ea, quæ ad linearum speculationem perti- nent, ab Euphorbo Phryge inventa auxit, & propagavit. *Laert. lib. 1.*

Archytas Tarentinus, Pythagoreus nobilissimus, Platoni aequalis, primus cubum reperit, ut Plato in lib. de Republ. testatur: primusque motum organicum descriptioni mathe- maticæ admovit, ex dimidiis cylindri sectione duas medias se- cundum proportionem fumere quaerens, ad cubi duplicatio- nem. *Laert. lib. 8.*

Eudoxi inventum Laertius curvas lineas esse ait. S C R I P T O R E S.

Democritus Abderites scriptis de contactu circuli, & sphae- ra, de mutis, ac solidis lineis libros aliquos. *Laert. lib. 9.*

Heracles Ponticus, Speusippi discipulus, de Geometria quoque scripsit. *Laert. lib. 5.*

Xenocrates Chalcedon. de Geometria primum duos, deinde quinque libros scripsit. *Laert. lib. 4.*

Theophrastus Eresius, Aristotelis discipulus, cum in omni ferè genere disciplinarum scripsit, tum etiam de indivisibili- bus lineis librum unum. *Laert. lib. 5.*

Epicurus Atheniensis de Angulo atomi scripsit. *Laertius lib. 10.*

Apollonius Pergæus geometra, Magnus appellatus, è cuius monumentis ad elementa Euclidis adjecti sunt libri xiv. & xv. ab Hypsicel contracti.

DISCIPULI.

Didymus Alexandrinus, præful Cafariensis, sicè oculis captus, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, per- didicisse dicitur. *Volat. lib. 15. Anthrop.*

EXERCITIA MATHEMATICA.

Præcipuus labor in Geometricis rebus Archimedi gratissi- mus fuisse dicitur, de ratione sphaeræ cylindri: ideòque ami- cos aut vitæ, ut sepulchro suo imponeret cylindrum sphaera comprehensum, tanquam id Geometricarum vigilarum, & inventionum, palmarium esset: quæ ratio demonstratur in Eu- clide. *Plut. in Marcello.*

Paulus Florentinus sub Benedicto XI. instrumenta in Geo- metria, & Astrologia fecit. *Volat. lib. 21. Anthrop.*

Narrat Plutarchus in Commentario de Dæmonio Socra- tis i Delis, ac cæteris Græcorum oraculo responsum fuisse apud Ægyptios, ita demum malorum finem fore, si aram, quæ in Delo erat, duplicentur. Qui cum non intellexissent, quid sibi vellet oraculum ridiculè duplicat singulis are lateribus, im- prudentes solidum octuplum esse fecerunt, ob inscitiam propor- tionis, quæ longitudine duplum reddit. Cæterum hac in re consultus Plato, Geometriæ cum primis peritus, respondit, Deum Græcis imperitiam exprobrasse, monere, ut Geome- triæ darent operam.

JUDICIUM MATHEMATIUM.

Philo Geometriam ἀρχὴ τῆς ὁμοιομετρίας appellavit omnium disciplinarum: quòd hæc rerum intelligibilium imagines, verique vestigia, tanquam in politissimo speculo demonstret, mentemque purgatam paulatim adducta à sensu. *Erasmus in Adagis.*

L. B. The at. vit. Human. Tom. V.

E veteribus tragicis quidam Minoa induxit Glauco sepul- chrum extruentem, auditoque quòd undique centum pedum esset, cum parvum improbare regalis sepulchri monumentum, dixisset, Duplum est. Cum autem cubi ignarus Architectus esset, duplicans crassitudine unumquodque latus sepulchri, videbatur erravisse. Lateribus enim duplicatis, planum quidem quadruplum efficitur, solidum verò octuplum. Quæretur itaque etiam à Geometris, quomodo datum solidum manens in eadem figura quæ spiam duplicaret: ac vocabatur tale proble- ma Cubi duplicatio. Supponentes enim cubum, quærebant ipsum duplicare. Cum mortales omnes dii, multumque habita- essent, primus Hippocrates Chius intellexit: quod si inventum esset, quomodo inter duas rectas lineas, quarum major mino- ris esset dupla, duæ mediæ proportionales fumerentur in conti- nua proportione, duplicaretur cubus. Itaq; difficultas in aliam difficultatem non minorem conversa est. Aliquanto verò post ajunt Delios grassante morbo, secundum oraculum duplicare quandam aram justos, incidisse in eandem anxietatem, tumque implorando Platonicos in Academia Geometras oravisse, ut quaestionem discerterent. Cum igitur accuratè seipos cohortati investigarent, duabus datis duas medias assumeret, Archytas Tarentinus dicitur per femicylindros invenisse: Eudoxus autem per lineas, quæ curvæ dicuntur. Atque his omnibus ac- cidit, ut apodicticè quidem describerent, at manu, atque opere exequi, & in usum deducere non possent, præterquam psalium quidam Menechmus, idque agrè, ac difficulter. Verum ab Eratothene inventa est quadam facilis organica, qua repe- ritur duabus datis, non solum duas medias, sed quot quis iustit- rit. Quo invento potest quis omnino datum solidum paralle- logrammis comprehensum in cubum constituere, aut ex alio in aliud figurare, & simile facere & augere observando simili- tudinem: itaque & aras & templa. Poterimus autem & humi- dorum mensuras, & siccorum, verbi gratia, medimnorum me- tretam, in cubum constituere, ac per eus lateris vasà dimetri ipsorum capacia, quantum capiant. Quin etiam catapultica, & organa lapides jaculantia augere. Hæc ex ipsius Eratothene- nis epistola ad Ptolemæum Regem recitat *Petrus Ramus lib. 1. Proemii mathem.*

Timæas Clazomenius, de civibus suis optimè meritis, cum quodam tempore præter scholam transiret: pueri dimissi à præceptore, ludis operam dabant. Cumque duobus de linea C incidisset controversia, alter jurabat: Sic ego Timæas cere- brum discusserim. Hoc audio ille, putans se in communi om- nium hominum invidia esse positum, siquidem & pueri eum odissent, nedum venia, sponte atque ultrò patria excessit. *Ælian. lib. 12. de varia Historia.*

U S U S.

Castrametatio, ait Plato, Geometria est. Etenim signum à centurione tanquam punctum ponitur, unde vel circulus, si copias exiguas videri oporteat, vel quadratum, si magnas, cir- cumquaq; certo intervallo describitur: dimittente linea tran- versa latera secantur. Itinera in pontium, & navium fabrica, in fluminum derivatione, equitum hinc, & illinc inter pedes medios collocatione, Geometrico artificio consciuntur. Lo- cus istisdem artibus oppugnatur, & propugnatur: hinc enim ag- geres, vinca, turres ambulatoria, cæteræque machina orin- tur. Machinalis illi geometria fuit Archytæ, Eudoxi, Archime- dis, Procli, Priscici: è quorum historia tota ista utilitatis questio H tractari, expediri que potuit. Ergo Geometria utilitatem hanc militiæ dedit, sed eam suis figuris prælorum varietas admi- rabilem efficit. Cuneo facto pauci Casaris milites Sicambro- rum nefcio quot millia pertruperunt, & incolumes invaserunt. Orbe autem facto trecenti legionarii sex millia Morinorum amplius horis quatuor sustinuerunt. Quin fit orbis multo iu- de hostium circumventus sit, longitudo quàm maxima veluti rectæ peripheriam exaquantis portigatur, alternis que conver- sis cohortibus corona hostium dextro, sinistrique cornu me- dia dividatur, divisæque proligatur. Quæ omnia nil aliud, quàm velut in abaco Geometriam demonstrant. *Idem.*

Geometriam in castrorū metatione necessariam esse, quan- do, vel mutanda forma, vel ea servata ampliandus est locus ca- strorum, aut coarctandus, ostendit *Polyb. lib. 9.* neque enim ex ambitu, ac rotunditate hæc tantum colligi possit, sed Geome- triæ scientia opus esse. Illustrat pulcherrima quaestio co- re- pore agitari solita, cum Megalopolis Arcadiæ L. Spartana au-

V 3